COLAI

OPERA.

MUS V.


Vacandum Studiis.
Ex Bibliotheca
VALENTINI SCHLIEFF
Gedani.

Henrici Nicolai

1. Theologiae Epitome.
2. Exercitatio de Methodo Trinitatis.
2. b. Rotgeri zum Bergen Epistolium ad Henricum Nicolai.
3. Exerc. de Medio Religioso et Theologico.
4. Ex. de Conciliatione Enunciatorum.
5. Miscella Theologica.
6. Ex. de non liquendo.
7. Irenicum defensum et explicatum.
8. Irenicum defensum et explicatum continuatum.
9. Exercitatio de Ahasvero Esthera.
10. Exerc. de Symbolo Athanasii.
11. Erklärung der Schrifft im Predigen Salomo IV. 4.
12. (Tractatus de Pane, Editio secunda.
13. Protestatio super nova Editione Tractatus de Pane.
14. Georgii Rheti Vindex Reprotestatio antecedenti Protestationi opposita)
15. Protestatio defensa.
16. Oratio de Philosophico Studio cum Theologia conjungendo, praemisso Programmate.
17. Cursus Philosophicus.
18. Exercitatio de Subjecto et Adjuncto.
19. Exerc. de quotidiana Telluris revolutione.
20. Ex. de Astrologiae Veritate, licitaque apud Christianos ratione.
21. Tr. de Modis praedicandi.
22. Tr. de Comparativarum Enunciationum expositione.
23. Rotgeri zum Bergen Res sacra Amicus sive Epistolium ad Henricum Nicolai.
24. Godofr. Sameli Hymenaei Tumulus.

D. O. M. A.

DE

ASTROLOGIÆ VERITATE,

licitaq; apud Christianos ratione,

EXERCITATIO PECULIARIS.

Theologica, Physiologica, Astrologica, & Historica.

ADSTRUCTORIA ET DESTRUCTORIA.

ritatem scientiæ ostendens, licitam usurpandi rationem de-
ninans, excessum inter defectumq; procedere monens, ut nec
ata Chaldaica, nec vana aucupia occupari necesse sit, ratio-
nibus exemplisq; omnia demonstrans, & quæ in op-
positum ferri videntur, universa
resolvens.

AUTHORE
HENRICO NICOLAI, Phil.
& Theologo. Prof. emerito.

GEDANI.
Typographeo PHILIPPI-CHRISTIANI RHETII,
Anno à partu Virginis Matris M. DC. LVII.

LECTORI
ERUDITO & BENEVOLO
S. Et pacem Christi.

DIvinationum genera, *Lector erudite*, plura esse notum, & *Boisardo, Peucero, Beyerlingio, alijs* traditum fuit. Habet *regnum spirituale* suas prædictiones, vel authore DEO, ut in Prophetis, Apostolis, Deiq; Viris, Vel DEI æmulo & hoste, Sathanâ, ut in gentibus, Idolotatris, Magis, Oraculis. Habet suas *regnum Naturæ*, idq; in *Physicis, Medicis, Mathematicis. Ad Physica* Chiromantiæ, Metoscopiæ, Physiognomiæ, Meterologiæ, similiaq; pertinent. *Medicorum* prædicta Semiotica pars expedire solet. De eo *quadrigâ facultat. L. 4. C. 3.* mentio futura. *Mathematica in Astronomicis & Astrologicis* depromuntur. Divinitùs omnia proposita credi par sit, ut aspectio de periculis & quærendis præsidijs commoneat, quæ DEUS exhibeat, & adhiberi jubeat. *Astronomica* eclipses majorum Planetarum, Solis & Lunæ, Et conjunctiones, Oppositiones, cœterosq; aspectus astrorum antenuntiant. Certâ immotaq; lege ex motu astrorum talia sequuntur. Indè præsagium justæ fidei, & quod ad instantia sua se sistat. *Astrologica* tempestatum & ciendorum in aëre, inclinationum ac dispositionum, & probabiliter indè sequendorum in homine prognostica, fataq; ac verisimilia eventura urbium, arcium, locorum, præsentabunt. Conjecturaliter, & sub probabili tantùm fide. Non collectionis nunqam fallacis ratio hic poscenda, sed ut æstimatio conjectandi animo constet. Horum ratio *præsente Tractatu*

maximè

maximè expeditur. Quòd non omnia immotè, ſed conjecturis & ſtochaſijs deducuntur, inde hoſtes ac odia in ſcientiam non una, nec ex uno genere. *Patres, Theologi, Philoſophi, Judæi, Gentiles* quandoq;, qui rident & inceſſunt. *Specialis Tractatio* præſentabit. Fecerunt odia in laudabilem aliàs notitiam, ut in defenſioné ejus meditata occuparentur. Suggeſta & à Nobili Dano occaſio, Quocum Sedini ante biennium converſatio, Cui prognoſis ex aſtris prodigioſa & πίστεως πόῤῥω, procul fide, ut *Straboni* olim Amazonū hiſtoria, viſa. Momentis utrinq; perluſtratis de re cóclusiſſe paratiꝰ erit. *Nemo temerè credere tenetur. Nec ut mancipia nobiles ſcientias tuemur, ſed ut asſeclæ.* Non attinet, qui & quoti hoſtes, qui laceſſant, ſed quæ arma ac fundamenta promant, queis nitantur? Totum genus hic ſiſtitur. Ipſum argumentum conſenſui facilius hinc expediatur. Accuratum *per Logarithmicam* thema Cœli erigendi modum peculiari Thematotomiæ Tractatu *Cl. Joh. Placentinus Mathematicus Viadro-Francfurtanus* inſignis nuper exhibuit. Hic notitiæ Aſtrologicæ Veritatem interim tradimus, quam volues, LECTOR, penſabis, & ſicubi minùs liquidi videamur, ſuo tempore monebis. DEO commendatus ſub felicibus aſtris inter bellicos hos temporum furores beatus perſiſtes. Gedani. 13. Cal. Junias, Anno 1657.

De Aſtro

D. O. M. A.

DE ASTROLOGIÆ VERITATE, & licitâ apud Christianos ratione, EXERCITATIO PECULIARIS.

Adstructoria & destructoria

Pars adstructoria.

I.

QUod ab arguto Politicorum Commentatore *Machiavello L.1. disp. C.56.* integro Capite docetur, magnos mot prædici solere cùm in urbibus, tùm in provinciis, idq; nis aut hominum præsagiis denuntiari: Id publicæ experientiæ timoniis passim confirmari videmus. Ac ut post præscriptum piti titulum rem ipsam tractare aggressus *Idem* præfatur, Caun rei ignorare se facile se confiteri, sed rem ipsam cum & antiis, tùm novis exemplis agnoscere nos oportere ac fateri adji, omnes magnos motus, quicunq; aut urbi alicui aut regioni enerunt, *vel à conjectoribus, vel à revelatione aliquâ prodigiis aut estibus signis prædici ac prænuntiari* solere: Ita postea exemplis ibusdam id ostendit, plurimaq; se adducere posse addit Rem se habere excidiorum illustrium exempla præter alia nos edont, *Vt Hierosolymorum, Carthaginis, Romæ, Babylonis, Rom. Sena, aliorumq́.* Cædem *Domitiani* quæ prodigia antecesserint, *Suetius in Domit. C. 15. 23.* narrat. Quæ Cæsaris, *in Cæsare C. 81.* Alion in alijs *Idem & Peucerus d. divin.* tradit. Sed & ultra prodigia nsolita portenta *ipse astrorum motus, situs, corradiatio,* concursus, cessus, & habitudo à DEO ordinata, ab Naturâ obseruata, pluis sapientum credendi verisimilitudinem elicuit, esse in illis qua, quæ portendant, si sedulum speculatorem res inueniat: E obseruationes Doctiorum ad ultimum scientia aliqua è Mamaticis adauxit & firmauit, quam *Astrologiam* dixerunt Sapiiæ professi. *Ea quid veritatis aut vanitatis in se contineat, diuersis Philosophorum ac Theologorum* placitis perpetuò ventilatum fuit. As-

ſertores & oppugnatores non paucos omnibus ſeculis inven
Tempeſtatum ſanè rationes ab aſtris probabiliter capienda
pleriſq; conſenſu dignum viſum eſt. Qui *Calendariis per annu*
digerendis præfecti, ex vetuſto more de tempeſtatibus menſiu
ex aſtris conjecturam capere & explicare coguntur. Ni fa
ant, vulgi ludibrium nunquam effugient. Scriptores etiam re
rias, non abſurdè eas conjecturas præcipientes, & notitiæ aliorū
ſuggerentes. Sed ultrà etiam *artis præcepta ad fata quorumuis hom*
num mitiora aut aſperiora prænoſcenda, ac notitiæ humanæ ſubji
enda, extenſa ſunt. Ex poſitu aſtrorum cujuſuis naſcentis prim
dio imminente *conjectura de vitâ, moribus, inclinatione, tempe*
mento, fortunâ, ſtatu, dignitate hominis futurâ arceſſitur, & revolut
nibus cujuſq; anni, quo durat, deſignatur. *An & quantum*
rei ſubſit, & quid fidei ei tribuendum, quia ſententijs variatur, d
num, quod accuratiùs diſceptetur, judicatum fuit. Id quod
Exercitatione CUM DEO aſtrorum conditore & fatorum mo
ratore expeditum dare conſtitutum eſt.

2. Ut in alijs rebus pleriſq; ſic & in his *Aſtrologicis* præ
ctionibus *exceſſu ac defectu* peccari animaduertitur. Vel ni
um, vel nimis exiguum illis tribuitur. Aut fata indè rapiunt
aut fatua prædicta univerſa cenſentur. Priuſquam ſententias
geramus, *partim Aſtronomiæ & Aſtrologiæ diſcrimen, partim Ve*
rum placita de Aſtrologiâ ejuſq; præſagiis paucis primùm pe
ſtranda veniant. *Quæ prius*, Aſtrono. & Aſtrologiæ diſcrim
in eo ſtatuitur, quòd *illa* aſtrorum motus, ſitus, conſtellation
diſtantias & vicinitates, *hæc* eorum virtutes, influxus, & opera
nes conſideret, & communiter hoc diſcrimen admittitur,
Ptolemæo c. 1. quadripart. ac Mathematicis ferè omnibus adſtrui
Sed ex recentioribus à *Theodoro Majo in Aſtrolog. vindicatâ* imp
natur, quòd Veteribus illud contrarium ſit, & altera ſcientia i
alterâ eſſe non poſſit. *Verùm prioris* contrarium ex *Ptolomeo*
oſtenſum, Cui pleriq; Veteres & recentiores conſentiunt, qu
t

m adhuc mihi notum: *Posterius* verum quidem, & cognatas ac bordinatas ſcientias esſe euincit, ſed diſcrimen earum relin- uit. Quomodo *Arithmetica & Muſica* ſubordinatæ ſunt, ut rea- er tamen diſtinctæ ſint & maneant. *Quà poſterius*, hinc indè arſa apud Veteres Aſtrologiæ ac Mathematicorum mentio eſt. Vetuſtioribus *Tacitus L. 2. ann. c. 4.* de Firmio Cato memorat, ód Libonem juvenem inanibus facilem ad Chaldæorum pro- sſa, Magorum ſacra, ſomniorum etiam interpretes, impule- . *c. 5.* facta de Mathematicis Magiſq; Italiâ pellendis Senatus nſulta, & ex eorum numero *L. Pituanium ſaxo* dejectum narrat. *6. c. 4.* Ubi de Tiberij ſcientiâ & perquiſitione futurorum ex ris disseruit, plurimis mortalium non eximi ait, quin primo cu- q́; ortu ventura deſtinentur. Sed quædam ſecùs, quàm dicta t, cadere, fallacijs ignara dicentium. Ita corrumpi fidem artis, jus clara documenta antiqua ætas & noſtra tulerit. A filio *Tra- li* Aſtrologi prædictum *Neroni* imperium in tempore ſe memo- urum ait. *Ibidem* præſagium Tiberij de Ser. Galbâ tum Con- e adducit, quem Græcis verbis allocutus ſit, Et tu Galba quan- q́; deguſtabis imperiú, dicens, ſeram ac brevem potentiam ſi- ificans, ſcientiâ Chaldæorú artis, Cujus apiſcendæ otium apud odum, Magiſtrum Traſullum habuerit. Exemplum etiam ip- s *Traſulli* ſubjicit, quem Tiberius de futuris fatis quæſitum, in- alia rogarit, an ſuam quoq́; genitalem horam comperisſet, em tum annum, qualem diem haberet, qui hærere primùm, n paueſcere, magiſq́; ac magis admirationis & metus trepi- , poſtremò exclâmarit, ambiguum ſibi, ac propè ultimum crimen inſtare. Quo audito complexum eum Tiberium fuisſe, ræſcium periculorum, & inter intimos amicos tenuisſe. Simi- r *L. 1. Hiſt. c. 7.* Mathematicos Otonem urſisſe narrat, dum ios motus & clarum Othoni annum obſeruatione ſiderum rmant, *ac genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax at, quod in Ciuitate Romanâ & vetabitur ſemper, & retinebitur.*

Multos secreta Poppeæ Mathematicos, pessimum principalis matrimonij instrumentum, habuisse, è quibus *Ptolomæus* Othoni in Hispaniâ comes, superfuturum eum Neroni promiserit, & fore persuaserit, ut in Imperium asciscereretur. Et Othonem tanquam peritiâ & monitu fatorum prædicta accepisse, cupidine ingenij humani libentiùs obscura credendi. *Item L. 2. c. 15.* Pulsos Italiâ Mathematicos sub Vitellio memorat.

3. Apud *Suetonium Ascletarionis* Mathematici exemplum est, Domitiano & sibi exitium prædicentis, quod utriq; euenit, *in Dom. c. 15.* De quo *c. 14.* dicetur. Apud *Eundem* Scribonij & Trasulli Mathematicorum mentio est, qui de Tiberio quædam prædixerint, *in Tiber. c. 14. Item* quòd Mathematicos Tiberius expulerit, sed deprecantibus, & se artem desituros profitentibus veniam dederit, *c. 36. In Jure Civili* integræ leges contra Mathematicos propositæ, *Cod. de Malef. & Mathem. Et Cod. de Epicop. audientia.* De quibus *t. 58.* videbitur. *In Jure Canonico* similiter reprobati sunt *V. t. 4 & t. 57.* Jul. Cæsar Astrologiæ contemptor acerrimus fuit, & prodigia omnia despexit. *Suet. in Cas. c. 81. Keckerm. Gym. Log. in Cas. Plinius L. 2. c. 7.* eam ridet. *Seneca L. 2. nat. qu. c. 32.* præsagiis ex astris aliquid tribuere videtur. *Et ep. 88.* astra effectus rerum omnium aut movere, aut notare ait. *Augustus* Astrologos Româ pepulit, *Dion. L. 49.* Sæpeq; Romæ reprobati sunt, *Liut. l. 29. Vitellius* nullis infensior, quàm vernaculis & Mathematicis fuit, ut quisq; delatus, inauditum capite puniuit, exacerbatus, quòd post edictum suum, quo jussit intra Kal. Octobr. urbe Italiaq; Mathematici excedant, libellus propositus fuerit, Chaldæos dicere, bonum factum, ne Vitellius intra eundem Kalend. diem usquam esset. *Sueton. in Vit. c. 4. Bardas* Imp. Constantinopolitanus Leoni Mathematico & Astrologo salarium constituit, quòd in illâ arte peritissimus esset. *Juvenalis* Romanos Astrologis credentes irridet *Sat. 6 Chaldæis,* inquit, *sed major erit fiducia, quicquid dixerit Astrologus, Credent à fronte relatum Ammonis,* quoniam Delphis oracul

ula cessant, Et genus humanum damnat caligo futuri. Nemo athematicus genium indemnatus habebit, Sed qui pene perit, ui vix in Cyclada mitti Contigit, & parua tandem caruisse Serio. *Et sat. 3.* Motus astrorum ignoro, funus promittere Patris nec lo, nec possum, ranarum viscera nunquam inspexi, &c. Similia . alios reperiuntur. Lepida Romæ inter adulteria & venena deta, quæsitum per Chaldæos in domum Cæsaris. *Tacit. L. 3. ann. c.* *Horatius L. 2. od. 17.* de Scorpio cœlesti dicit, quód pars violenti natalis horæ sit, sed utrumq́; tamen, suum & Mecænatis, incrbili modo consentiat astrum.

4. Illis ita præmissis *de Astrologicis circa fata, fortunas, statum hoinis nati indagationibus ac repræsentationibus quæstio est, an aliquid fi à prudente illis tribuendum, & quantum, & an licitè â Christiano ta indagari ac occupari possint,* an potius totum id genus ut vanum illicitum, rejiciendum sit? Multorum Theologorum & Philosoorum ingenia quæstio fatigauit. *Duplex circa eam sententia* obtit. *Vna,* quæ talia prognostica rejicit & illicita habet. *Altera,* quæ odum in illis suadet, & sic approbat. In priore cohorte Theolo pleriq́;, Philosophi, ICTI, & Politici permulti militant. *Ex eol. Patres* utplurimùm genethliaca damnant. Ut *Augustinus L. le Civ. Dei, c. 1. 4. seq. Et L. 2. de doct. Christ. c. 11. L. 2. c. Faust. c. 5. m. 34 d. temp. Et q. 115. in V. & N. T. Et l. 4 Conf. c. 3. 4. & alibi, eronymus in cap. 47. Esai. Elias Cretensis in Nazianz. Or. 2. d. Theol. amascen. l. 2. d. fide, c. 7. Gerson. in trilog. Astrolog. Theol. Eusebius 6. 7. 8. & L. 14. c. 41. d. præp. Euang. Theodoret. q. 15. in Gen. Cas dorus in Ps. 70. Lactantius l. 2. Inst. c. 16. 17. Philastrius hær. 72. Grerius hom. 10. in Evang. Tertullianus l. d. idolol. Epiphanius l. d. mens. pond. Ambrosius l. 5. hexaem. c. 4. Clemens l. 9. recogn. p. 4. Chryt. hom. 6. in Matth. & hom. 5. 6. in Gen. Aliiq.*

Ex Papistis Jus Canonicum *Caus. 26. q. 2. c. 8. 9. Conc. Trident. s. 25.* Ubi prohibitis & Astrologica inserit, *Sixtus V. in* decreto

an. 1586. dato, *Thomas p. 1. q. 64. Et sec. 2. q. 65. Et opusc. 26. ad Re*
ginald. Et L. 3 summ. c. gent. C. à Lapide in c. 7. Sap. v, 19. Et c. 1. Gen
v. 14. Pererius L. 3. d. Mag. c. 1. 2. seq. Et l. 2. in Gen. n. 70. seq. Delri
us l. 4. disq. Mag. c. 3. q. 1. Binsfeldius in Cod. d. Malefic. leg. 2. q. 2. Ca
stro l. 1 in Proph. Min. c. 10. n. 7. seq. Barclaio l. 2. Argen. c. 60. seq
Malvezzus in persec. David. p57. 113 seq. Vallesius c. 32. sac. Phil Putea
nus C. 2. ep. 17. Joh. Picus Mirandulanus in libris 12. c. Astrolog. Si eju
sunt, & non potius Hieron. *Savonarolæ,* ut quidam censent, &
Fran. Pic. Mirand. l. 5. d. rer. prænot. c. 1. 2. seq. Toletus l. 4. Instruc
Sac. c. 15 Ehingerus iud. d. nou. Proph. Scaliger ex. 251. Lessius L. 4. d. ju
c. 4. Beyerling Voc. Astronomi. p. 561. Alexand. ab Angelis libris 5.
Astrol. Helmont L. quod astra necessitent, & Alij eas reprobant. *Gale*
tius Astrologum sibi vitæ finem prædicentem occidit, confusur
eum, *Wierus l. 2. d præstig. c. 16.*

Ex Lutheranis Lutherus in c. 1. Gen. p. 10. Et Post. Eccles. Fest.
piph. Et ap. Melandrum T. 1. jocos. C. 539. Gerhardus T. 2. d. Creat. t. 2
Et Isagog. ad T. 2. d. 11. s 4 t. 7. Meisnerus schol. Babyl. t. 84. Broc
mand. L. C. d. Creat. c. 2. q. 10. Hutterus L. C. d. cre. q. 11. Danhauer
app. qu. Pol. Iuny. c. 2. q. 4 Etsi alibi aliter, V. t. 5. Finckius ex. 1. s.
Hunnius qu. in c. 1. Gen. Frischlinus. l. 1. Astron. Feselius d. astrol. Cr
merus in Esai. 47. Hulsemann. Conc. in Ps. 94. Bachman. c. 2. ex. Ph. q.

Ex Reformatis Calvinus adm. c. Astrol. Daneus l. 1. Isag. Chr. c.
Bucanus L. C. d. Creat. q. 15. Casmann. p. 1. Astrol. c. 14. P. 2. c. 9. Ti
plerus p. 2. Phy. L. 2. c. 4. q. 6. Wendelinus in Physic. Vossius l. 2. d. id
lol. c. 48. Martinius piet. Christ. prac. 3. p. 158. Spanheimius T. 1. dub.
vang. Amesius L. 4. Cas. Cons. c. 13. q. 4. Pareus in c. 1. Gen. v. 1
Gualterus in c. 5. Mich. hom. 28. Et hom. 2. in Soph. & Hagg. Martyr
130. in Gen. Sixtus ab Hemming. l. c. Astrol. Pezelius T. 2. Object. C
virib. Stellar.

Ex Photinistis Volckelius L. 1. d. relig. c. 6. Crellius l. 3. Eth. C
c. 2. genethliaca reprobant. Ex *gentilibus Averroes in Cant. Avicen*

ary interpres Ptolomei Aſtrologiæ partem prædictiuam friuo-
‍m & falſi plurimum habentem vocant. *Jul. Cæſar & Plinius*
riſerunt eam, *t.* 3. *Pythagoras* nihili fecit, ut *Laertius & Plutarchus tribuunt. V. t.* 59.

5. Ex adverſo alij ex *Theol. Philoſophis, Medicis*, in contrariâ
‍horte ſunt, & arti prædictiuæ, ſi abuſus ac ſuperſtitio deſit, fa-
‍ent. *Ex Patribus Origenes app: hom:* I. *in Gen.* 1. *Et ap: Euſebium L.* 6. *præp: Evang: C.* 9. Cœlum velut librum apertum omnia futura in
‍conſcripta continentem dicit. *Plotinus* Condiſcipulus Orige-
‍s idem ſenſit *in L. an ſtellæ agant, & L. d. fato, c.* 6. *Iulius Sirenus L. d. fato, c.* 35. Qui & Auguſtinum *ex L.* 2. *c. Man. c.* 21. in eam ſen-
‍ntiam allegat, quod alijs tamen non credibile videtur: *Sev. Boë-
‍ius* inſignis Aſtrologus fuit, ut ex Conſol. Phil. ejus apparet. *Leo-
‍ldus Epiſc: Friſingenſis* peculiarem librum de Aſtrologiâ conſcrip-
‍, & modum ex figuris thematis judicandi propoſuit. *Marchio
‍Albertus Prus.* Dux tabulas Prutenicas edi curauit, & à Schonero
‍æf. d. genit. hom: ut ſummus Aſtrologiœ Patronus commenda-
‍r. *Geminus*, vetuſtus Aſtronomus, *Ptolomeus, Aratus, Heſiodus, Vir-
‍lius*, Aſtrologica tradunt. V. *t.* 17. Ex *Papiſtis, Lutheranis, Refor-
‍tis*, plerią; Mathematici ea approbant. *Danhauverus* retinenda
‍tat, ſi citra ſuperſtitiones adhibeantur, *d.* 2. *Decal. t.* 34. *Melan-
‍ton* illis addictus fuit, & ſubinde exercuit. *Meland. l.* 1. *locos: c.* 539.
‍*q: Peucerus l. d. divin. p.* 374. *ſeq: Hosmannus l. d. nativ. hom: Carda
‍s l.* 8. *d. variet: rer: c.* 43. *Keckerm. l.* 2 *Gymn: Log: ſub lagello. Tim-
‍r. l* 2 *Phyſ: c.* 4. *q.* 6. *Ionſtonius p.* 3. *admir. c.* 8. *Zeilerus dial.* 98. *Al-
‍dius p.* 4 *Uranos. c.* 1 *Weigelius L. d. Aſtrol: Theol: c.* 11. *ſeq: Goclenius*
‍27. *Phyſ: Bartholin: n.* 418. *Aſtrol: ſeq: Cl. Crügerus progn.: an.* 32. *c.* 3. *Et an.* 33. *c* 6. *Et an.* 38. *c.* 4. *Herlicius præf. progn. ann.* 609. 1612.
‍27. 28. *Et alibi, Tycho Braheus l.* 1. *ep. Aſt: ep:* 1. *Linemann: progn:*
‍43 *q* 8. *Meſtlinus, Turrianus Cremonenſis, Rotmannus, Vict: Schön-
‍latus, Eraſm: Reinholdus, Henr: Ranzouius*, qui & Catalogum illu-
‍ſtrium

ſtrium Aſtronomorum contexuit, *Satlerus in dianojâ Aſtrol. Keplerus, Origanus, Schonerus in L. d. judic: Nativ: Gauricus, Hortenſius, Jul. Firmicus L. Aſtrol: Werue progn. an 639 Aliiq; probant. Verulamius* inter deſiderata Aſtrologiam ſanam numerat. I. *Arndt* Cœlum instar libri eſſe ait, ſtellas velut literas. Qui literas legere nequeat, eú non juvare, Cœlum aſpicere, *Conc: 2. in 2 advent. p. 1* E. ſi literas legere queat, ut ex ſignis inde aliquid percipiet. *Huic ſententiæ ſubſcribendum* exiſtimamus.

6. Priuſquàm ad argumenta probantia procedamus, *circa ſtatum quæſtionis* accuratiùs formandum quædam obſervanda veniant. De quibus ſequentia notanda. I. *Non* quæritur, an fata quædam *Chaldaica, Babylonica, Ægyptia, Stoica, gentilia*, aut edicta velut prætoria ex poſitu aſtrorum & prognoſticis inde hauſtis facienda ſint, ut Ethnicis olim uſitatum fuit, qui inde neceſſitates ac fatales quaſdam leges deduxerunt, unde fata Stoica ac Chaldaica orta, quibus hominibus perſuaſerunt, omninò evenire, quæ portendi videantur, nullâ vi, induſtriâ, prudentiâ, amoveri, impediri, aut aliorſùm flecti poſſe. Sic n. ex aſtris præſagia capienda eſſe nullus Chriſtianus ſentire debet. Cum & DEUS ſuperior aſtris ſit, & vera illa vulgata ſint, *Sapiens dominabitur aſtris*, aſtra inclinant, non neceſſitant, diſponunt, non dirigunt, hoc n. ſuperioris facultatis eſt, flectunt, non adigunt, movent, non trahunt, aſtrorum decreta non ſunt prætoria, ut *Ptolomeus* ait, Aſtra regunt homines, ſed regit aſtra DEUS, Aſtra vim habent, ſed ſuper & contra aſtra DEUS vim habet, Cedunt aſtra DEO, precib. DEUS ipſe ſuorum, Fata movere poteſt, tollere fata poteſt. Non id in Aſtrologo, ut ſemper ſibi pareat aura, Impedit hoc DEUS, ac aſtra, ſolumq; DEI, ut *Ouuenus* canit. Non eſt Aſtrologi, ut ſemper reſpondeat æther. Et ut *Idem Ouu.* canit, Ut bonus Aſtrologus fiam, cœlum nimis altum impedit, ut Phyſicus, terra profunda nimis. Vidit, non ſanxit, dixit, non fixit in aſtris Euentura DEUS. Aſtrologia magis veriſimilia captat, quàm quicquam pro veri

dece-

cernat. Ad nullam hujus materiei ſcientiam veraciter, ſed inabiliter peruenimus, ait *Ptolomeus L. 1. apoteleſm.* Sui cuiq; ores fortunam fingunt. *Conf. t. 16.* Et quæ hujus generis ſi- ilia. Huc illud *Auguſtini L. 2, c. Fauſt. C. 5.* accommodetur, os ſub fato ſtellarum nullius hominis geneſin ponimus, minus ius temporalem generationem, qui eſt æternus univerſorum eator & Dominus, Chriſti,

Nec 2. quæritur, an omnia ex aſtris prædicta aut præviſa ſemper actibus, operibus, effectis, & eventibus ipſis explicanda ſint. *aximè enim Inclinationes, diſpoſitiones, & temperamenta ſubjectorũ ex ris capiuntur,* ad quorũ habitudines ſæpiùs eventa, geſta, ac mo- ſequi ſolent. Ut tamen & ſæpiùs impediri posſint, quò mi- s ſequantur. Ita tempeſtates ab aſtris prænuntiatæ impedi- entis materiæ ſublunaris aliisq; intercurrentibus ſæpè remo- ntur, ne ſequantur. Sic mores temperamentum ſequi ſolent. d educatione ac aliis intervenientibus in diverſum ac contra- m flecti posſunt. Quomodo Socratem naturâ furacem, men- cem, infidum, Phyſiognomon aiebat. Et ille ſe talem natu- futurum fasſus eſt, niſi naturam Philoſophia correxisſet. Ut ra *t. 16. ſeq.* patebunt.

7. *Nec 3. de ſingularibus DEI actionibus,* judiciis, excidiis, myſte- , aut diſpenſationibus, an talia ex aſtrorum poſitu indagan- aut conjectanda ſint. Hæc enim ut DEUS ipſe ſingulariter t, ſic & ſibi ſcire reſervavit, & ab homine diſtinctè ſciri aut edici non voluit, niſi quem ipſe Prophetico lumine illuſtra- voluit. Ita diluvium Noeticum univerſale ex aſtris ſpeciali- prævideri non potuit, quicquid de Adamo, Setho, Noacho, rit, qui ex Spiritu Prophetiæ ſpecialia horum novisſe viden- , non aſtris, & excidia Babylonis, Perſarum, Ægyptiorum, q; à Chaldæis in particulari prævideri aut prædici potuisſe ne- DEUS ipſe, eoq; ſuper illis ipſos exagitat, quòd moliti fuerint, *Eſ.* 19. 41. 43. 47. 48. *V, t, 23, 24.* Sic impiè *Albertus M. in ſpeculo, Per.*

d. Aliaco d. Conc. Th. cum Astron. Cardanus, aliiq; Christo thema ere-
xerunt, indeq; fatale suspendium & religionis Judaicæ mutatio-
nem aliaq; eruere conati sunt. Destinato enim DEI consilio in
manus iniquorum ille traditus est, *Act. 2. v. 23. C. 4. v. 28.* Quod
consilium prævideri ex astris ab homine non potuit. Sic Jacob
& Esau typicè nati sunt, *t. 19.* Eoq; astra hic divertere potuerunt.
Malè *Albumazar L. 2. d. mag. Conj. diff. ult.* Nativitatem Christi ma-
gnâ Conjunctione aliquâ significatam fuisse ait. Ita fanaticè no-
vi Prophetæ nostri temporis multa de excidio Imperii Rom. Re-
formatione & felicitate Ecclesiæ in his terris, tertio seculo Orige-
nico, ex astris & Apocalypticis numeris ac visionibus prædicere
voluerunt, Ut *Wilh. Eo, Zieglerus, Prætorius, Nagelius, Stiefelius, Fel-
genhauver, Plaustrarius, Geigerus, & alii,* quorum prædicta even-
tus falsi convicerunt. Hic enim verum est illud Ambrosii *L. 4
hexaem. C. 4. Redempti sunt Apostoli & congregati ex peccatoribus,* non
utiq; ex Nativitatis suæ horâ, sed Christi sanctificavit eos adven-
tus. Latro in cruce damnatus non beneficio suæ nativitatis, sed
fidei confessione ad paradysi gaudia transivit. Jonam non vis na-
tivitatis, sed divinæ præceptionis offensa in mare præcipitavit.

Nec 4. de vitâ aut morte spirituali ac æternâ quæ fortè eventu-
ra sint homini, ex astris derivari debent, nihil enim horum ex il-
lis indagari potest, & à Christiano inquiri inde non debet. Supe-
rius Cœlum, quàm astrale, hæc omnia requirunt, & prognostic-
super his in *Mose, Prophetis, Psalmis, & Apostolis* fixa sunt. Recteq;
Cajetanus dixit in summ. Peccatum esse, si fidei Christianæ mysteri-
habeantur, quasi subsint cœlestibus causis, hoc enim contra spiri-
tualitatem Christianæ religionis esse, quæ super cœlos sit, & ip-
sos cœlorum cursus immutare possit, *ap. Pererium L. 2. Gen. C. 1.*
Astrol. 5. Nec de superstitione, vanitate, inscitiâ, excessu, defectu, v-
tiisq; authorum quorundam & abusibus Astrologiæ & similibu-
quæ in aperta experientiâ observantur, sed quæ arti ipsi Astrolo-
gicæ aut sobriæ prognosticandi notitiæ imputanda non sunt. I

qu-

uæ de certis diebus cum magnatibus agendi, in foro causas tra-
andi, cum virginibus, causidicis, literatis, rusticis, mercatoribus,
endi, studendi, peregrinandi, venandi, novas vestes aut domos
cupandi, nuptias celebrandi, & similibus traduntur, superstiti-
a omnia & anilia sunt. *Sic* vulgus Lunâ decrescente nuptias ha-
re infaustum censet, quòd detrimentum rei familiaris porten-
t. Sed merè superstitiosum id est. *Sic* quæ de reprobatis diebus
orumvis mensium veteres Arabes & Chaldæi statuerunt, pro-
versus habent, *Prima dies mensis (Jani,) & septima truncat ut ensis,*
uarta Februs mortem, prosternit tertia sortem, Martis prima necat,
us sub cuspide quarta est, Denus & undenus (April.) est mortis vulne-
plenus, & similia, omnia superstitiosa, & nullius pretii sunt. Sic
m infinitos impostores Astrologia habet, lucri, famæ, vanitatū
cupatores, temerarios prædictores, vanos ostentatores, plane-
rios, & similes, quibus cum verâ arte Astrologiæ nihil legitimi
mmercii est, omnia ad abusus hominum pertinent. Perinde
nec Theologiæ imputatur, quòd infinitos hæreticos & erro-
s habeat.

Nec 6. De minutiis & à mero hominis arbitrio simpliciter pen-
ntibus, ac in vita occurrentibus, nulliusq; commatis rebus quæ-
ur, utrùm ex astris indagandæ aut prædicendæ sint, ut, an sur-
re, moveri, saltare, exire, reverti, dormire, edere, bibere, con-
ari, jejunare, legere, scribere, proficisci velis, quomodo stulti
anetarii & errones populum dementant, hodie bonū est eme-
, negotiari, novam domum comparare aut occupare: Qui se &
os circumducunt: *Sed gravioris momenti rebus,* quæ & quæri, &
ri digniores sint, quarum constantior status, conditio, duratio,
æstimium sit. Ut, an ad ingeniositatem in nato astra inclinent,
stupiditatem, an ad Martem, Venerem, Mercurium, Jovialia,
turnina, an ad fata propitia aut adversa & tricosa, an vitam sta-
jorem aut brevem homo habiturus, fœcundus aut sterilis, lite-
an armis deditus, tenax an liberalis, furax an abstinens futurus

fit natus, & quæ similia. [r] *De talibus* ex astris inprimis quærendum & prognostica ab artis satis perito, accurato omnium artis re quisitorum observatore, ac judicioso ad subjecta applicatore e illis prudenter formari deduciq; possunt. Nec omnia ex astri inquirenda, nec omnia irridenda sunt.

Nec 7. de exactissimâ notitiâ quæritur, an omnia certissimè immotè ex astris prædici queant, quæ homini eventura sunt. Ta lem enim nullus mortalium in hac caligine sibi arrogabit, & fiat, ad abusus subjectorum, non naturam artis pertineat: Sed *liqualem*, *Conjecturalem* & probabilem, quà probabiliter futu prænotentur & prædicantur. Astrologia enim etsi in seipsâ real aliqua scientia sit, perinde ac Astronomia, Musica, Arithmetica Ratione tamen nostri & imbecillitatis humanæ in multis no dum satis exhausta est, & conjecturalis esse cogitur. *V. t. 16.* *Quatuor sunt*, quæ in Astrologicis prædictiones inprimis habent, ca regnorum, & regionum mutationes ac diuturnitates, geneth aca hominum recens natorum de temperamento, indole, adue sitatibus & fortunis hominis, prognostica tempestatum aëris constitutionis terræ quà sterilitatem, fertilitatem, & similia, Ite prognostica Medica de diebus criticis, statu morbi & ægri futur præsente, Et deniq; Curiosa minutiarum præsagia, Vt, an nau Oceano immissa à piratis tuta feliciter reuersura sit, Captiuo r demptio expectanda sit, miles vivus è bello reversurus sit, &c. *Tr priora usum* & momentum habent, eoq; ex astris probabiliter i quiri possunt. Quartum curiosum & vanum est, & ex astris p stulari non debet. *9. Ad ultimum duo extrema in totâ hac re di genter cauenda venient. Vnum*, ne fatum & ineuitabiles necessit tes ex præsagiis Astrologicis cudamus, *Vt Stoici olim, Priscillianis Democritus, aliiq́*, Vnde fatum Astrologicum surrexit: *Alterum*, omnem in inferiora Cœli & astrorũ efficaciam negemus, totum quodcunq; hic sit, fortuitum ac casuale censeamus, ut *Heraclit Plinius L. 2. C. 7*, Quod omnem DEI providentiam ac guberna

one

*[...]*em tollit, ut alibi traditum, *V. d. Not. Nat. C. 3. t. 19. Et mediâ [vi]â incedendum*, Posse aliquid prognostici ab astris sumi, sed nec absolutè fati, Nec simpliciter casus fortuiti esse, sed medijs astris dispositiones in sublunaribus varias excitari, inseri, foveri, quæ interventu aliorum sæpè tamen flecti & impediri possint. Rectèq; [hi]c *Cardanus L. 11. d. errat. restit.* ait, *Vtinam mortales non ampliora* exigerent, quàm præstari queat, aut Astrologi non majora viribus pollicerentur! Sed importuna flagitatio utrumq; fallit, Illum credendo, hunc audendo.

8. His ita *de statu quæstionis præmissis* veritatem Astrologiæ libertatem ex Scripturâ, Philosophiâ, & ratione, experientijs, authoritatibus Theologorum & Philosophorum, gentilium, Christianorum, deducemus & confirmabimus. *Ex Scripturâ* primum argumentum è *Gen. 1. v. 4.* depromptum tale erit. *Quodcunq; a DEO in signum ordinatum est, id potentiæ cognoscenti aliquid signare & repræsentare debet.* In hoc n. signi Natura consistit, ut ex Metaphysicis constat. Sed astra à DEO ordinata sunt in signa, Vt [ib]i *dicitur*. E. potentiæ cognoscenti aliquid signare & repræsentare debent. Si Cognoscenti, E. & humanæ, h. e. Intelligenti potentiæ. Si hoc, E & id, quod sub signi licita debitaq; ratione concipi ac indagari ab homine potest. *Distinctivè* enim Verba illa accipienda, ut sint in signa ac tempora, Non conjunctivè; Ut quodlibet membrum peculiarem suum in astris usum homini explicet, Ut in signa sint, post in tempora, tandē in dies & annos, quæ certæ temporū distinctiones homini sunt, ut & *Rungius in Gen. Origenes in Gen. Ambrosius L. 4. hexa. C. 4. alijq;* exponunt. Sed inter alia & notitia futuri status, ut temperamenti, ingenij, morborum, periculorum ab aquis, igne, hostibus, fortunarum jacturis, similium majoris momenti dispositionum ac inclinationum in homine est. E. & ea notitia ab astris homini repræsentari potest. Sed hæc est notitia Astrologica & Genethliaca, si intra terminos se contineat. E. & notitia Astrologica ab astris repræsentabitur. *Vl-*

trà argumentum hoc extendi non debet. Non ut *Pareus in C.1 Gen*, argutantes facit, Astra sunt in signa, & præsignificant aliquid E. præsignificant omnia, quæcunq; eis affingit humana curiositas. Hoc nostrum intentum non est, *t.7*. Sed Cum homo intellectum à DEO habeat, etiam inter cœtera Cœlum ac astra in illo contemplari debet, & sic & de viribus astrorum inquirere, aliquidq; in notitiam suam comparare. Ac valere hic potest illud Leonis de stellâ Magorum, Dedit aspicientibus intellectum, qui præstitit signum, & quod fecit intelligi, dedit inquiri, & se inveniendum obtulit requisitus, *ap. Königstein fest. Epiphan. p. 3*. Sic de DEO, astris, & homine, dici possit. *Sic Plato in Timæo hominis* oculos datos dixit, ut astra specularetur. Et Scriptura eò manuducit *t. 10*.

9. *Regeres* ad argumentum 3. *Signa* futuræ tempestatis in inferioribus, frigorum, calorum, siccitatum, pluviarum, similiumq; hic notantur, quæ ab astris sumi debent, & quæ expressè ibi determinantur. Sic *Pleiadum* ortus pluvias & humiditates, *Orionis & Arcturi* nimbos & tempestates, Sirij ardores & siccitates notat. Sic versu dicitur, Sævus ubi hybernis Orion conditur undis, Per mare non tutas denotat esse vias. *R. 3. Signa* tempestatum dicuntur, sed non solarum, Nec exclusiva adjicitur, Verùm & omnium eorum quæ nomine tempestatum signari possunt, aut in scripturis intelligi solent. At talia etiam tempestates in homine sunt, inclinationes naturales è temperamento hominis exsurgentes, ut dispositiones ad morbos ardentes, siccos, humidos, pituitosos, melancholicos, Cholerica, Melancholica, ad pericula ab aquis, ignibus, morte violentâ, latronibus, jacturis, rupturis, similibusq;. *Si astra* tempestates in majore Mundo signant, Cur non & in minore, qui homo, Cujus gratiâ totus major Mundus à DEO est conditus, *t. 10*. Et qui in eum ut domicilium suum post cœtera omnia creata à DEO introductus est, commisso illi imperio in pisces maris, volucres, bestias super terram reptantes, herbas semen-

men

rentantes, omnesq; arbores terræ, ut universa usibus suis admo-
vret, *Gen. 1. v. 26. 28. seq. Et* post diluvium repetito ac confirma-
illi dominio, *C. 9. v. 2.* Et cui astra etiam lucem, dies, ac tempo-
& annos eorumq; discrimina ministrare debent, *Gen. 1. v. 14.*
ujusq; morbi & casus ingravescentis ætatis allegoricis tempesta-
m vocibus expresli in sacris repræsentantur, Ut Solis, Lunæ,
llarum obtenebrescentium, nubium post pluvias, amygdali
lorescentis, & similium, *Eccles. 12. v. 4. seq.* Et cujus pericula ac
versa tempestatum nomine in illis exprimi & describi solent,
ai. 25. v. 4. C. 28. v. 2. C. 29. v. 6. Ose. 8. v. 7. Tobi. 3. v. 23.
q; *& tempestates naturales* in Macro, *& morales* in Microcosmo
c intelligi possunt, quarum astra signa esse dicuntur. Unde
titia Astrologica sufficienter probatur. 2. *Eclipses Solis &* Lunæ
tantur, quæ interdum jndicia futurorum periculorum sunt. R.
Sit ita. E. aliquod jam subsidium ad prognostica ex astris sumen-
est, Nam & hæc portenta eclipsium prædictiones mortium in
agnatibus, & validas sæpè mutationes regionum peritis artis
ppeditant, Ut experientia testatur. 2. *Non eclipses,* Sed astra in
na posita dicuntur. Quod *partim* per eclipses, *partim* per va-
s aspectus & conjunctiones, *partim* per occultos influxus, partim
r alia expedire possunt. Itaq; varij modi sunt, quibus astra in si-
a posita esse dici possint, Inter quos unus esse potest, quo majo-
astra per eclipses suas aliqua portendere, & sic homini ad præ-
iendum occasionem ministrare possint. 3. *Signa esse* de sche-
atismis & elegantibus imaginibus signorum cœlestium, qualia
in Zodiaco, & 30. extra eum ab Astronomis ponuntur, intelligi
test, quibus signa inter se dignoscuntur. *R. Hic Sensus hoc* loco
n attenditur. Non n. absolutè astra signa dicuntur, sed posi-
is seu in signa, Ut indicetur, luminaria non tàm formâ & situ,
o concinnè disposita aut in certas configurationes artificiosè
lacta sunt, quàm usu signa esse debere, hoc est, aliquid significa-
. Signa enim aliquid significant ac portendunt. Itaq; sidera di-
vini-

vinitùs hic in ſigna hominibus ordinata ſunt, quos motu, ſitu,
ſpectu, influxu, de varijs humanæ rei ac ſocietati ſalutaribus co
monefacere debent. Quod & è gentilibus quidam agnoverun
ut *Aratus, Heſiodus, Virgilius. V. t.* 17. *Deinde* aſtra in ſigna poſi
ſunt ſtatim à Creatione ſuâ, & ſic longè prius, quàm in certas im
gines ac configurationes redacta ſunt, quod quo tempore ab
ſtronomis factum, incertum eſt. Quarundam nomina in ſacr
ut Jobo, ſatis antiqua ſunt.

10. *Secundum argum. à dignitate ac præſtantiâ* hominis cond
duci poteſt ex *Gen.* 1. *v.* 26. *C.* 5. *v.* 1. Si homo ad ipſam DEI imag
nem ac conformitatem à DEO eſt conditus, utiq; & in ſcien
aliquam cum DEO ſimilitudinem obtinebit. Nam & hæc
imaginem DEI in articulo primo Creationis ſpectatam pertine
debet. At eſt ita conditus, ut *c. l.* patet, & poſt lapſum etiam
lud de homine repetitur *Gen* 9. *v.* 6. *E.* & in ſcientiâ cum DEO
militudinem obtinebit. E. ut DEUS eſt omniſcius, ſic hom
multiſcius conditus fuit. Si hoc, non ſolùm terræ & aquæ, ſed
Cœli ac aſtrorum notitiam eum habuiſſe oportuit. *Si aſtroru*
E. & influxuum ac virtutum ab aſtris in inferiora effuſarum, quas ma
feſtè in omni ſublunarium genere, aëre, terris, aquis, & conten
in illis experimur, E & influxuum *in hominem directorum,* Nam
hi in multis manifeſti ſunt, ut experientia docet, ut morbidoru
in novilunijs & plenilunijs, Noctambulonú in plenilunijs alij
aſtrorum conſtellationibus. E & horum influxuum notitiam h
buit, & conſequenter aliquid ex illis de homine probabiliter p
videre ac prædicere potuit. At hæc eſt notitia Aſtrologica. E
illa in homine condito fuit, & conſequenter adhuc hodiè in h
mine acquiri ac inveniri poteſt. Rudera enim imaginis divinæ
articulo Creationis ſpectatæ in homine poſt lapſum adhuc rema
ſerunt, Ut de *Not. nat. C.* 1. viſum.

Et confirmatur argumentum, III. *Quòd* Cœlum & aſtra
ſius hominis gratiâ condita ſint, quicquid *Bodinus L.* 5. *thea. Na*

609. co-

9. contradicat, Ut homo illud inſpiceret ac contemplaretur, Ideq; DEI gloriam notaret ac celebraret, *Pſal.* 19. *v.* 2. *Sap.* 13. *v.* *p. Baruc* 3. *v.* 35. *ſeq. Sirac.* 43. *v.* 1. *ſeq.* Recteq; *Stoici* dixerunt, nnia ob hominem condita, hominem a. DEI cauſâ. Quorſùm noſtram in omnibus conſiderationem ducere debere benè ab *riſtotele* 7. *Eudemior. C.* 15. animadverſum eſt. Confer *Eundem* 2. *Phyſ. C.* 2. *t.* 24. Et quòd aſtra in ſigna poſita, *t.* 8. Id homini po- ſunt, Non angelis aut brutis, *Deut.* 4. *v.* 19. Unde Propheta cumſpicere in ſublime & videre jubet, quis creaverit iſta, Nu- ro ſuo exercitum eorum producens, & quis iſta omnia de no- ne præ amplitudine virium vocet? *Eſai.* 40. *v.* 26. *Alibiq́.*

Roſlinus L. d. ſtat. hor. temp. C. 7. etiam Hiſkiæ exemplum ad- cit, ut Genethliacæ ac directionum gnari, quòd 10. gradus So- n in æquinoctiali retrogredi volverit, qui 15. gradus in Zodiaco ent, & 15. annos in directionibus ſignent, ut eos iteratò ipſi ere liceret, 2. *Reg.* 20 Sed non magnoperè illud ſtringit. Nam Hiſkias ex themate Nativitatis ſe moriturum cognovit, ſed ex uliari vaticinio per Eſaiam ſibi annuntiato, 2. *Reg.* 20. *v.* 1. Nec irectionibus Aſtrologicis gradus ex Zodiaco, niſi in piſcibus tùm & ariete, non ulterioribus tractibus, ſub illorum a. ho- copo Hiſkiam præciſè natum fuiſſe unde probabitur? Sed quinoctiali in annos computantur, ſic 10. anni ei adjecti: Nec 10. lineæ in horologio Ahas, quas retroceſſit Sol, gradus æqua- s, ſed indicia horarum fuerunt, quomodo in reliquis ſciate- communiter ſolent. Et Hiſkiæ tempore nondùm dies in ho- diſtributos apud Judæos fuiſſe cum Suentero regerere, neſcio, redibile ſatis eſſe poſſit? Cum & Nebucadnezaris ac Belſa s tempore jam horæ mentio, *Dan* 4. *v.* 16. *C.* 5. *v.* 5. Et *Siracides* æ jam meminerit *C.* 11. *v.* 29 Et illa diſtributio diei in horas *t.* 20, *v.* 3. *ſeq. ſub* Chriſto uſitata, antiqua, & omnibus nota tùm fuerit, & alias rerum diſtinctiones apud eos uſitatas fuiſſe um ſit: Et licet eſſet, gradus tamen Aequatoris lineas eas no-

taſſe nunquam probari poterit, ſed temporis notas fuiſſe ce-
tum eſt. Itaq; potiùs omittendum, quàm adhibendum venia
Alij dictum Judic. 5. v. 20. adferunt, quòd ſtellæ manentes in cur
ſuo contra Siſſeram pugnaverint. *Sed nec illud ad rem eſt,* Cu
pluviæ, grandines, ac tempeſtates intelligi poſſint, quæ à ſtell
commotæ pro Iſraelitis contra Cananæos pugnaverint, & illis f
verint, his repugnârint. Aut per ſtellas angeli hic intelligantu
quaſi illi de Cœlo contra Siſſeram pugnârint, Ut *alij* volunt.

11. Ita *argumenta è Scripturâ* ducta fuerint: Sequuntu
quæ ex ratione & Philoſophiâ ſumi poſſunt. Unde *IV. Sic* argui p
teſt: *Cui ſcientiæ locus aliquis in Philoſophiâ à potioribus Philoſophis a-*
ſignatur, ejus notitiam in homine eſſe oportet. Patet à reliquis ſcient
ac prudentijs Philoſophicis, quarum notitia in homine eſſe d
bet, imò ab ipſis diſciplinis Phil. homini conciliatur & ingeritu
Sed Aſtrologiæ locus aliquis in Phil. aſſignatur, Ut ex *Alſtedij E*
cyclopædia, Reyeri margaritâ, Scheibleri Epitome, Keckermanni Cur
Apuleio, Peuceri de divinat. p. 374. alijſq; patet, Et dandum eſſe p
ſtea à diſtincto objecto probabitur. E. ejus notitiam in homi
eſſe oportet. *V. Dato peculiari Objecto liberaliter Scibili,* & diſti
ctis ejus principijs, attributis, ac ſpeciebus, quæ diſtinctè rep
ſentari poſſint, ac peculiari conſiderandi modo & fine à nullâ a
diſciplinâ civili exſpectando, dandus eſt peculiaris habitus de i
ſcibili, & conſequenter notitiam ejus aliquam eſſe oportet. H
enim ad diſciplinam aliquam conſtituendam requiri ſolent,
de Cogn. hum. t. 7. Et Curſ. Phil. d. 1. t. 3. dictum. At in Aſtrolo
datur peculiare Objectum liberaliter Scibile, influxus Cœli &
ſtrorum, principia ejus, Cœli motus, vis, occulta proprietas, e
cacitas, obſervatio, repræſentatio, Item *attributa*, ut ad ſublu
ria univerſalitas, varietas, mirabilitas, & difficultas, *Et ſpecies*
influxus fixarum & erraticarum, ſiderum in Zodiaco & ex
eum, Catholicus & genethliacus, Univerſalis & particularis, i
maticus & Symptomaticus, peculiaris item influxum conſider

modus, & *finis* ab consideratione exspectandus, qui à nullâ
iâ disciplinâ exspectari potest, perfectio hominis Philosophica
rca tale objectum, Ut *d.* 8. *Curs. Phil.* dictum. E. & peculiaris
abitus de influxu illo dandus. Omnis a. habitus notitiam ob-
cti alicujus animo humano confert. E. & Astrologiæ habitus.
: consequenter veram aliquam ejus notitiam esse oportet. *Detra-
quis credat*, tantæ molis ac quantitatis Corpora in Cœlo à DEO
spensa, tantâ elegantiâ, concinnitate, artificio, disposita, tantâ
rietate spectanda, quæ totum terræ globum multoties superent,
ne insigni virtute & in inferiora influxu in æthere continuato
dine lucere, Cum Solis vim in plantalia & mineralia, Lunæ in
aria, aquas, humores, & morbos hominum, Caniculæ in ardo-
bus, morbis, Canum rabie, ad sensum deprehendamus? Recteq;
Astrologis dicatur, astra quorundam esse causas ad minimum
motas, incitantes, & disponentes, quorundam signa, quorun-
m etiam utrumq;. At si tantâ agendi vi ea prædita, utiq; & ab
omine inquiri, observari, repræsentari, & in praxin aliquam
omini utilem deduci merentur. Ad contemplandum enim
pera DEI homo in Orbem ductus, & Cœlû susPicere inprimis
ssus est, *t. 10.* At hæc ipsa notitia Astrologica est.

12. *VI. Si admittuntur prædictiones de tempestatibus aëris ex positu
virtute astrorum* eliciendæ, admittendæ etiam prudentes ac mo-
ratæ prædictiones de naturâ & fatis hominis alicujus in hunc
bem nati. Tales enim tantùm hic intelliguntur. Ratio est,
uia homo præstantius quid aëre aut elementari Mundo est, ut
ipsam DEI imaginem in creatione fictus, *t. 9.* Quod de nullâ
â Creaturâ Scriptura memorat. Si ergò tanti fit ab homine
ior Creaturâ, ut prognostica de eâ ab homine elaborentur &
mittantur, ut de aëre ejusq; qualitatibus: Cur vilioris æstime-
r longè nobilior Creat. homo, ut de eo prognostica quædam
n eruantur, aut eruta non admittantur aut suscipiantur? 2.
uia vis & influxus Cœli æquè in hominem funditur, ac elemen-

taremMundum, quod in temperamentis diverſis, morbis ac ſym
ptomatibus ad poſitus & efficacias ſiderum variantibus, expe
mur. Sic hydropici ad plenilunium, vulnerati ſimiliter & a
thritici ad mutationes tempeſtatum graviores impet9 morbi ſe
tiunt. At ſi vis talis in hominem eſt, utiq; etiam diſtinctè ſci
lis eſſe poterit, Perinde atq; influxus in elementarem Orbem ſ
tur, indeq; prognoſtica de conſtitutione tempeſtatum conjec
ralia formantut. Quicquid enim eſt, ſ. eſſe reale ac verum h
bet, cognoſcibile eſt, ut jn *Gnoſtolog. t. 13.* dictum. Ac *tria ſe*
quuntur, Eſſe, Cognoſci, ac repræſentari. Et conſequenter proba
les conjectationes ex tali Cœli in hominem particulari influ
admittendæ erunt. *3. Quia hominis* gratiâ Cœlum, aſtra, Mun
& omnia ſunt condita, *t. 10.* E. cœlum magis & ſubtiliùs in hom
nem, quàm cœtera ſublunaria, influet, pluraq; graviora & p
ſtantiora in eo, quàm cæteris operabitur, prout ipſe omnia c
tera & cœlum ipſum præſtantiâ ſui longè ſuperat, ut ipſius D
imago, *t. 10.* E. maximè hic influxus diligenter attendendus
ruendus, & repræſentanduserit, conſequenter & ad licitam
quam prognoſin indè de ſtatu hominis capiendam eum trah
licebit. At prius admittitur, ut ex Calendariographis patet. *F*
1. E. & poſterius negari non debet.

13. *VII. Quia ipſi Patriarchæ ac patres* Vet. & Nov. Teſt. hi
ſtudio Aſtrologico incubuiſſe leguntur, quos prudentem Chr
anum imitari non pudebit. Sic Sethi poſteros multa de curſu
virtutibus aſtrorum duabus columnis inſcripſiſſe narratur à
ſepho L. 1. Antiq. C. 3. 4. Qui unam columnar. ſuo tempore in
ria ſuperſtitiſſe addit. Similia à *Plinio L. 7. C. 56.* narrantur. Ubi
Aſtrologiam Atlantis Libyæ filii, vel Ægyptiorum aut Aſſyrior
inventum facit. Sed longè antiquiorem eſſe ex dictis conſtat. E
nochus aliquot libros ſcripſit, in quibus occultas virtutes plagar
Cœli & aſtrorum nomina complexus ſit, Ut *Origenes hom. 28 in*
Num. citat, & *Tertullianus* aliquot folia ex illis allegat. Abraham

pri

rimus Astrologica in Ægyptum detulit, cum in domo Patris sui harae diligenter ea colerentur, etsi idololatricè, cum astra Deos nsuerint, Ut Idem *Josephus c. 9.* tradit. *Marian. Scotus* eundem braham etiam duas columnas erexisse scribit. *Noachus* post divium Astrologica docuit, annum ad solis, menses ad Lunae curs composuit, & hominibus indicavit, quid per annum & 4. ejus rtes eventurum esset, Unde fermè pro DEO habitus fuerit, *rosius L. 3.* Quod sine Astrologiae notitiâ facere non potuit. *Eunm* diluvium universale etiam ex constellationibus praevidisse *ilhelm. Parisiensis & P. de Aliaco L. d. sectis* tradunt. *Salomonem* in tronomicis peritum fuisse Author Lib. Sapientiae, Sive Philo, alius fuerit, *C. 7.* docet, & de cogitatis hominum conjectasse adit. *Ex Patribus N. T. Dionysius Areopagita* ejus gnarus fuit, qui lipsin Solis patiente Christo Supernaturalem esse conjecit, & l DEUM Naturae pati, vel totam Mundi machinam interitum dixit. *Hieronymus* Arati phœnomena & prognostica in Latium sermonem convertit. *Ambrosius* doctrinam de influxu llarum in inferiora probè intellexit, Ut ex *libro 4. hexaem.* patet, *silius* Similiter, *Ut in L. 6. hexaem. & Damascenus*, Ut ex libris is apparet. *Beda* Canones de motu Planetarum scripsit, & Comtum Ecclesiasticum composuit.

VIII. Quia insignis Astrologiae utilitas in omni vitae genere , Ut Oeconomiâ rusticâ, in quâ ortus ac occasus variorum sirum observandi, ut prognostica tempestatum pro frugibus, re rbariâ & hortẽsiâ inde desumãtur, Ut ex *Virgilio, Hesiodo, Arato* tet *t.* 17. Item in Physicâ, ubi variae herbarũ, plantarũ, mineralin, & metallorum virtutes ex certarum constellationum influxis deducendae & observandae, *Et Medicinâ*, Ubi Crises morbom, status, incrementa, ex astrorum virtute observanda, Causae accidentia Morborum sine Astrologicorum notitiâ satis indicari explicari non possunt, & mutationes morborum, humorum, ietates dierum Criticorum, annorum Climactericorum, & simi-

similium sinè astrorum influxibus & scientiâ expediri non pos
sunt, quæ tamen omnia in dictis rebus prorsùs necessaria. Prou
latiùs *Lemnius d. occult. C. 19. Nollius L. 6. Phy. Herm. C. 5. Etzlerus i*
Isag. Magicâ, Sennertus L. 3. Inst. p. 3. C. 12. aliiq; deducunt. Similite
in Theologiâ ad DEUM ducit hæc scientia, mirabiles astrorum vir
tutes à DEO inditas considerare docendo, per gradus à contem
platione stellarú & harmoniæ effectuum ac motuum in inferio
rib. pulcherrimæ ad Conditorem earum manuducit, pias ve
rasq; opiniones de DEO animis ingerit & confirmat, nostram
cœcitatem, imbecillitatem, & perversitatem in arcanis rerum
comprehendendis ostendit, mores piè ac decenter componere
docet, inspiciendo inclinationes astrorum, Ut si ad bonum illa
disponant, divino auxilio invocato juvetur illud, si ad malum, eo
dem medio diligentiùs reprimendum ac euellendum esse homo
meminerit, bona Corporis promovere docet, sanitatem, vires,
pulchritudinem, vigorem, alacritatem, ut illis noxia meliùs ac
tempestiviùs avertantur, & fortunæ bona simùl augere ac pro
movere docet, velut commoda ex astris tempora serendi, pasti
nandi, secandi, advertere, incommoda prævisa meliùs declinare
ut tela prævisa minùs mitiusq; feriant Ita *Christus* prognostici
Cœli de tempestatibus futuris probat & adducit, *Matt. 16. v. 2*
Cur non & ex genethliacis mores ac inclinationes hominum præ
noscamus, eosq; in bono meliùs juvare, in malo paratiùs amove
re discamus! Quorsùm thema erectum velut speculum humanæ
vitæ inprimis homini conducere debet, Ut ι. 34. pluribus dice
tur. Quas insignes in vitâ utilitates esse certun est.

14. *Hactenùs rationes etiam è Philosophiâ* ac ratione petita
Sequuntur *experientiæ* & argumentum ab illis ductum, Unde *IX*
Sic arguitur: Quod multis & constantibus experientiis ab aliquot secul
nititur, eorum, qui artis gnari, & ex ejus notitiâ aliquid præstite
runt, id non temerè repudiatur, sed potiùs ut licitum inter Chri
stianos assumitur. Quia frequenti experientiæ Nemo sobriu
co

ontradicit, nisi cum eâ bellum gerere, & velut cum DEO ipso
ugnare velle videri quis velit. Est enim ea principium aliquod
ientificum, unde omnes artes fundamenta traxerunt, Inductio
empè, quæ experientiâ fundatur. Sed prognostica genethliaca
libus experientijs multorum seculorum nituntur. E. non Chri-
anis contemnenda, sed recipienda. *Minor probatur* exemplis
orum, qui in prædicendo ex astris versati, aliquid præstiterunt.
e *Trasullo ap. Tacitum t. 2.* visum, *Asclatarion* sub Domitiano ce-
bris Mathematicus fuit, quem delatum, nec inficiantem, ja-
asse, quæ providisset ex arte, sciscitatus est Domitianus, quis il-
m exitus maneret, & affirmantem, fore, ut brevi à Canibus la-
aretur, interfici sine morá, & accuratissimè sepeliri jussit, ut te-
eritatem artis falsi argueret. Sed in sepulturâ celeri tempestate
tâ funere dejecto semiustum cadaver Canes discerpserunt.
uod nuntiatum Domit. animum vehementer consternavit,
am & illi exitium ab insidys *Idem* prædixerat, quod & ad con-
ctum diem ac horam ei illatum. *Sueton. in Domit. C. 15. 16.* Con-
lenti de geniturâ suâ Caligulæ Sulla Mathematicus certissimam
cem appropinquare affirmavit. Id etiam contigit. Idem *Calig.*
57. Hydaspes vetustissimus Medorum Rex multa de mutatio-
bus Imperij ex astris prædixit, etiam quæ ad ultima Mundi tem-
ora eventura essent. Ultimi seculi nequitiam graphicè describ-
, & Rom. Imperium ex Orbe sublatum iri prædixit, ait *Lactan-*
us L. 7. C. 15. Beroso Athenienses statuam cum linguâ aureâ in
cademiâ posuerunt, quòd ita certò in prognosticando versatus
set. *Plin. l. 7. C. 37. Anaxagoræ* divinos honores habuerunt,
uod in magnâ siccitate pluvias prædixisset, quæ evenissent.
ctavius Augustus thema suum genethliacum omnibus publicè
tendit, & monetam cum Capricorno signari jussit, sub quo ipse
atus erat. *Sueton. in Aug. C. 94.* Plotinus cum Porphyrius de se
terficiendo vehementiùs cogitavit, Cœlitùs hoc prævidit, &
facinore eum prohibuit. *Pererius L. 2. in Gen. C. 4.* Josaphati
filio

filio nato ab Aſtrologo prædictum, ingens regnum eum acceptu
rum, fidem Chriſtianam recepturum, quam tantoperè Pater per
ſequebatur. Quod & factum. *Damaſcen. l. 2. d. fid. C. 4.*

15. *Cardanus L. 8. d. rer. variet. C. 43.* alicujus meminit, qu
Aſtrologiæ peritiâ etiam minima quæq; ſciverit. Claudius Cæſa
de operationibus eclipſium prognoſtica concinnavit. Ipſe ne
ignoraſſe, nec diſſimulaſſe ultima vitæ tempora videtur. *Sueton*
Claud C. 40. Veſpaſianus & filius ejus Titus themata ſua & alio
rum erexerunt, indeq; prognoſtica formârunt, quibus eventa re
ſponderunt. Inter omnes convenire, tàm certum de ſuâ & ſuo
rum geniturâ fuiſſe Fl. Veſpaſian. *Suetonius* tradit, Ut poſt aſſidu
as conjurationes Senatui affirmare auſus ſit, aut filios ſibi ſucceſ
ſuros, aut neminem, *in Veſp. C. 25.* Hadrianus Imp. in multos an
nos prognoſtica conſcripſit, omnium dierum futura uſq; a
mortem ante perſcripſit. *Beyerling. Voc. Aſtronom. p. 554. b.* Le
ontius filiæ fortunam ex aſtris prævidit, eaq; Theodoſio Imp
nupta fuit, & Eudocia appellata. *Id. c. l. M.* Antoninus Philo
ſophus in cœteris & Aſtrologus fuit. Coſroes Perſarum R. pub
licè jactavit, quòd ex aſtris de futuris prædicendi artem noſſet, u
Zonaras tradit. Mahometes II. Turcar. Imperator nihil domi fo
riſq; magnæ rei ſuſcepit, niſi themate cœli primùm inſpecto, &
ex eventu conjecturâ inde captâ. Et proprium Nativitatis eju
thema feliciſſimum fuit, unde ingentes progreſſus in bellis ha
buit, ut 2. Imperia, 12. regna, & 200. urbes ditionibus ſuis adjece
rit. Robertus Siciliæ R. Quæ ſibi bona aut mala euentura eſſen
ex aſtris prædicere potuit. Et Philippo Valleſio Francorum R
multa ex Nativitate prædixit, quomodo cum Edvardo Anglo ip
proceſſurum ſit, clademq; Gallis ab Anglo exſpectandam præ
dixit, quæ & ita evenerunt. *Froiſard. L. 1. hiſtor.* De Carolo V. Imp
Chaſſanæus ſcribit, quòd inter omnes Monarchas Summus Aſtro
logorum extiterit. A Turriano Cremonenſe motum octav
Sphæræ per inſtrumenta demonſtratum accepit, eoq; viſo ſtatim

bellum Saxonicum provolavit, quasi victoriæ omen antecesset. *P. Nigidius* Senator auditâ Augusti Cæsaris nati horâ, Dominum Orbis terrarum natum esse prædixit. *Sueton. Aug. C.93.* Cæsari Spurinna aruspex diem mortis, Idus Martias, prædixit, æ & obvenit. *Suet. Cæs. C. 81.* De regno Bohemiæ *Leovitius an.* 63. in L. d. magna Conjun. Sat. & Iovis prædixit, occasionem in- ad magnas in Imperio & septentrionalibus locis mutationes ituram, & hoc in antiquâ Prophetiâ prædictum addit, quod ostris temporibus evenisse videmus. *Keplerus* de eclipsi Lunæ an. 34. prædixit, reliquias in bellis eam tracturam, & illustribus rsonis in pernitiem cessuram, & eventus assensit, si quis gesta .29. 30. *seq.* Ac internecioné *Fridlandi & sociorum, Tertskij, Kinskij, nis, Neumanni, Schafgotschij*, attendat, & configurationes nativitis *Gustavi* an. 1594. etiam responderunt, Ut *Cl. Crugerus progn.* .34. *C. 5.* memorat. *Nagelius* meo tempore, an. 1623. semper Leone septentrionali prognosticabatur, certò eum venturum, Papistas mirificè in Imperio concussurum, & eventa de *an. 30. seq.* responderunt. Comiti à Querfurt Eberhardo dies mortis à baldo Monacho prædicta, & nuptiali die à Comite Stolbergen- confossus est. *Zeilerus dial. 98. Peucerus d. divinat.* Medici memi- t, qui probè Medicinam calluerit, sed in signo infelice ad Me- candum natus sit, eoq; omnia infelicissimè curaverit. Gedani om. *Stolsius* Pastor ad S. Bartholomæum quondam fuit, Cujus emoria in benedictione sit, qui gnarissimus Astrologicorum nõ tura modò omnia præcipua ex astris, sed & præterita singulorũ nor. ex diligente thematis per annos revolutione prognostica- solitus est, mihiq; & aliis id præstitit, & eventa non alienè re- onderunt.

Philip. Melanchton puellæ an. 7. ætatis mortem prædixit, eoq; iam in lethalem morbum incidit, sed an. 14. demùm fatis con- ssit. *Meland. l. 1. locos. C. 541.* Idem ex astris infelicem eventum omitiorum Ratisponensium an. 541. & bellum Germaniæ præ

dixit, & contigit. *Id. C. 540.* Leonio Spoletano Medico morte
ab aquis imminere ab Aſtrologis prædictum, & in puteo deme
ſus tandem inventus eſt. Archiepiſcopo Piſano ſuſpendium pr
dictum, & Florentiæ per ſeditionem in Palatinis ædibus ſuſpenſ
eſt. *Idem C. 417. 418.* Medicinæ cuidam Profesſori thema nativit
tis arthritidem præſagiit, qui nullis mediis ac dietâ inde avelli p
tuit. *Mollerus Progn. an. 46. C. 2.* Hippocrates ex aſtris peſtem
Græciâ prævidit, eoq; diſcipulos ſuos ad juvandos homines p
totam regionem dimiſit, unde ingentem honorem conſecut
eſt. Multis infantibus epilepſia ex aſtris adeò gravis incumb
ut potiores Medici fruſtra in illis laborent. *Idem c. l.* Aeſchylo p
dictum, mortem eum è caſu rei è ſuperno habiturum, quòd c
tigit. Agrippinæ Neronis matri à Chaldæis prædictum, Impe
turum Neronem, ſed matrem occiſurum. Quod & factum. *Ta*
L. 14. ann. C. 1. Adriano Cæſari Ælius Mathematicus Imperiu
prædixit, & evenit. Anaxagoras in 78. Olymp. dixit, Saxum è n
bibus deciſurum, quòd ad Egeum flumen poſtea compertum e
Ariſtot. 1. Meteo. C. 7. Plinius L. 2. C. 58. Meſo Aſtrologus ſiniſtru
proelij eventum ex aſtris prævidit, ac furioſum ſe ſimulans lib
ex eo dimisſus eſt. *Plutarch. in vit. Alcibiad. & Pyrrhi.* Illuſtri c
dam Viro prædictum, die aliquo à ſclopetis caveret. In itin
famulo ejus bombarda ſponte ſuâ ſoluta, & globus inter c
ra per caligas heri diſploſus eſt. Idem 14. diebus cavere, nec a
ad convivia egredi monitus, cum non curaret, die aliquo præ
omnium ſpem ab alio confosſus eſt. *Veruue progn. an. 1639.* V
ro thema Urbi Romæ à Taruntio erigi, indeq; præſagia de ſta
ejus ſumere jusſit. Plutarch. Et *Casſiodorus* Varronem peculiar
librum de Aſtrologiâ compoſuisſe tradit. Logotheta Conſilia
Paleologi Cæſaris ex poſiturâ Cœli irruptiones hoſtium, tur
Imperii, pericula Cæſaris prædixit, quæ ſecuta ſunt. *Gregoras.*
lexio nato Aſtrologi prædixerunt, hæredem Imperii, unicum
um, & prædivitem futurum. Quæ omnia contigerunt. *Nice*

Matt-

[M]atthias Hungariæ R. nihil magni in publicis suscepit, nisi posi-
[t]ris Cœli primùm exploratis, & feliciter plurima expedivit. *Bon-
[f]. Dec. 4. l. 5.* Vladislao Jagelloni Pol. Regi Sacerdos aliquis Hus-
[s]icus à Christiano Astrologo veniens, mortem prope ipsi immi-
[n]entem nuntiavit, quæ an. 1434. Grodeci in Russiâ secuta est. *Neu-
[m]baur l. 5. hist. Pol. p. 294. seq.* Sigismundo Aug. Pol. Regi Foxius di-
[e]m mortis prædixit, & pilâ tormentariâ ad Regiomontum ferè
[i]npetitus fuit, quæ armigeri ejus caput abstulit, ut cerebro re-
[g]em respergeret. *Id. l. 8. p. 586.* Eidem Astrologus Cracoviensis pro-
[v]inciam cum regno adjecturum, sed nullos liberos relicturum
[p]rædixit, & contigit. *Idem c. l. p. 601. Carion* Historicus Alberti Elect.
[B]randeburg. prognosticon aliquod de Principum notis & signis
[sc]ripsit, quæ maximam partem factis responderunt. Muleasses R.
[T]unetanus ex astris se regno excisurum prævidit, quod & conti-
[gi]t, Nam à filio eo exutus, & in carcerem conjectus est. *Jovius in
[v]it.* Hadrianus VI. Papa ingentes honores sibi ex positurâ side-
[ru]m prædixit, eosq; tandem adeptus est. *Idem.* Turrianus Ma-
[th]emat. Carolo V. eventum belli Saxonici prædixit, priusquam
[A]lmâ Cæsar secessit, an. 1547. *Chytreus Or. d. Carol. V.* Paulus III.
[P.] R. Petro Aloysio diem, quo interimendus esset, prædixit, qui &
[h]a secutus est an. 1547. 10. Septemb. Plura ap. *Beyerling. c. l.* Vide.
[Ra]ntzouius ingentem Catalogum texit exemplorum, Astrologi-
[a]m à summis ingeniis semper expetitam, quem ex eo retexit
[Be]yerling. c. l. p. 564. seq.*

16. *Dices I. Istis experientijs contrariæ opponi possunt,* Ubi
[p]rædictiones Astrol. falsissimæ fuerunt, & nihil eorum evenit,
[q]uæ prædicta fuerunt. Ita prædictiones tempestatum in Calenda-
[ri]s sæpiùs alienissimæ. E. ex illis nihil firmiter inferri potest. *R.*
[N]ec demonstrativè hic infertur, sed probabiliter, quod hic suffi-
[ci]t. *t. 6.* Quia enim multa Naturæ inferioris & inprimis humanæ
[ob]stacula sunt, Ut parentes, generatio, locus, aër, victus, genti-
[u]m mores, educatio, exempla, dominium, Magistratus, sanguis

&Cognatio, arbitrium humanum, pudor Naturalis, aliaq;. Si
astra pravam indolem notare possunt, sed à parentibus bona tem-
peries communicari potuit,& educatio totam Naturam corrigere
valuit, plurimaq; incurrunt, quæ astrorum inclinationes amove-
re possunt, Ut *Peucerus d. div. p. 51. seq.* deducit: ideò effecta non
semper ad prædicta consequi possunt, astraq; inclinant tantùm,
& generales Causæ complexionum sunt, non necessitant, aut pro-
ximæ Causæ actionum à subjectis expeditarum sunt. Ideò *inclina-
tiones & dispositiones* ad hoc aut illud maximè ex astris colligendæ,
Ipsa eventa variè impediri possunt, Etsi quantum ad astra ita con-
sequi potuissent, nisi Scil. aliis Specialioribus intercurrentibus
impedita fuissent, *V. t. 6. 7.* Est in sideribus certa inclinatio, in-
fluentia, Virtus: Sed necessitas euentorum, inprimis humano-
rum, non sequitur, quia homo inclinationibus pravis per ratio-
nem resistere potest, si sensuú ductú sequi nolit, *Vt t. 29. seq. plur.*
dicetur. *Deinde* nec sufficiens scientia, diligentia, observatio, sup-
putatio, Crisis, & ingenium stochasticum & verè Astrologicum in
Prædictore sæpiùs est, Unde multa in prædictione vacillare, & e-
venta non respondere possunt. Et inprimis tale ingenium mul-
tum hic facit, Ut in plurimis subjectis experimur sæpiùs in prædi-
cendo fallentibus, & si aliàs laudatissimi Astronomi sint, quòd
εὐστοχίᾳ illâ hic requisitâ destituantur. Plurima enim ad accuratum
Astrologum requiruntur, quæ in paucis reperias. *Cardanus 12.* re-
quirit, Ut jngeniosus, memoriâ pollens, judiciosus, Veritatis ap-
primè amans, bonus Logicus, Physicus, Astronomus, Arithmeti-
cus, Nauticus, Geographus, Medicus, agriculturæ gnarus, astri-
bus totaliter deditus, expertus, & eximiorum Astrologorum dili-
gens auditor sit, quæ non facile quis sibi arrogare queat. Unde
non mirum, si versus hic valeat, *Augurijs veris sunt addita plurima
falsa.* Sæpiùs errones ac agyrtæ se pro Astrologis venditant, Cùm
nihil minus sint, sed hominibus imponant. *t. 7.* Ideò non pro-
gnosticis ut Prætorum edictis fidendum est, *t. 6.*

Similiter ab noſtram imbecillitatem multa hic conjectura-a, non apodictica & demonſtrativa ſunt. Sed hoc veritati artis c notitiæ in ſeſe nil præjudicat, quæ indicia ex aſtris de ipſis even-bus ac operibus non niſi conjecturaliter formare docet. Pro con-cturalium a. ratione ſufficit, ſi utplurimùm ita eveniant pro-noſtica. Quod fieri experientiis iſtis ſatis oſtenditur. Ita *Medi-na* in multis eſt ſtochaſtica, quod veritati artis aut certitudini jus nil præiudicat, quæ in multis nonniſi ſtochaſticè procedere prognoſi jubet. Sic ſigna emortualia interdùm in ægris ſunt, t tamen non moriuntur, ſed evadunt, quia DEUS, preces, me-icamenta, aliæ Cauſæ interveniunt, quæ mortem amovent. Quod *in meipſo gravi* febre ardente anno 1622. Wittebergæ pro-rato expertus ſum, Ut Medici omnes declamatum cenſerent, & men DEI gratiâ adhuc dum ſupero. Signa Medica concomi-antia & conſequentia eorum, quæ jam adſunt in Morbis, ſunt, t tamen quandoq; eventu aliena ſunt. Quid mirum, Aſtrologi-a quandoq; vacillare, quæ antecedentia futurorum contingenti-m ſunt, quæ variè impediri poſſunt? Plurib. *t*. 29. de hoc. 2. *Iſta eritas prædictionum vel pacto cum Dæmone*, vel occultæ providentiæ ivinæ diſpoſitioni, vel ſingulari ſagacitati & ſolertiæ, vel ſtultæ onſulentium credulitati adſcribenda eſt. Ita *Caſman. d.* 12. *Phil.* R. *el certæ cuidam* & ſtochaſticæ ex influxu aſtrorum aliquid prædi-endi notitiæ, ſagacitatem naturalem prærequirenti. Pactum æmonis nequit de omnibus, Ut pijs ac prudentibus Chriſtianis ici, qui regulis & fundamentis Aſtrologicis innixi omnia in Cœlo ccuratè obſervantes è thematibus prædicunt, & eventa reſpon-entia habent. Sagacitas, obſervatio, judicium, ingenium ſto-haſticum, *aliaq; ſunt, quæ hic prævalent*, non pactum Dæmonis, ec ſtulta credulitas, niſi fortè per accid. & abuſu hominum talia oncurrant, & ſtochaſticè tantùm, non prætoriè prædicuntur, ut nte dictum.

17. Ita *& experientiæ* pro Aſtrologiâ fuerint: ſequuntur *au-*

thoritates variorum pro illis. Hæ à *Judæis, gentilib. & Chriſtiani*
Theologis, Philoſophis, & Medicis, ſumi poterunt. Unde *X. & u*
timò ſic arguitur: *Quod authoritatibus plurimorum ſapientum & pru*
dentum nititur, non temerè reprobandum. Authoritas enim ſapi
entum magni facienda, & ſexagenarios de ponte deijcere Nem
moderatus facile præſumit. Intelligere enim rem, eoq; rectè judi
care ſapientes præſumuntur. Sed prædictiones Aſtrologicæ au
thoritatibus talium nituntur. E. non facile reprobandæ. *Mino*
probatur exemplis *partìm Judæorum*, Aſtrologiam admittentium
& excolentium, de quib. *t.* 13. dictum, Ita *Rabbini* pleriq; Aſtrolo
gica admittunt, & genethliacam inter alia etiam exercent: Imò
vetuſtiores Judæi in his rebus ferè ad exceſſum declinârunt, & ni
mia ex Aſtrologicis educere voluerunt, Unde ſæpiùs à Prophetis
reprehenſi, *V. t. 7, 23.24. Partìm Gentilium*, Ut *Ptolomæi* in op. qua
dripart. *Chaldæorum & Ægyptiorum*, apud quos Aſtrologica in ſum
mo cultu fuerunt, *Gemini C. d. ſignif.* aſtrorum, *Ciceronis* L. d. di
vinat. de fato, & ſomnio Scip, *Arati* in phœnomen. *Heſiodi* in *L*
op. & dier. *Virgilij in Georg. L.* 1. *Atq; hæc ut certis poſſimus* diſce
re ſignis, Aeſtuſq; pluvias, & agentes frigora ventos, Ipſe Pate
ſtatuit, quid menſtrua Luna moneret, Quo ſigno caderent auſtri
quid ſæpè videntes agricolæ ſtabulis propiùs armenta tenerent
Et antea, Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus, Tem
poribuſq; parem diverſis quattuor annum: *Hippocratis & Galeni*
qui paſſim in Morbis aſtrorum vices & curſus notare jubent, In
deq; varia de ſtatu morbi indicia deſumunt, Cauſaſq; occultio
res indagant, quas ſine aſtris Nemo expedire queat, *L. d. aere e*
aq. p. 7. 63, Et L. 1. *epidem. ſ.* 1 *L.* 1. *d. Vict. rat. ſ.* 4. *Et alibi*, Und
Hippocr. in morbis τὸ θεῖον obſervare jubet, 1. *progn. t.* 2. *Galenum i*
1. *d. dieb. Crit. L.* 1. *Epidem.* Germanicus Cæſar Arati phœnomen
& prognoſtica interpretatus eſt, & Commentaria ſuper ea con
cinnavit, Ut *Cicero* teſtatur, *P. de Creſcentijs, Plinij, Herodoti, Taciti*
V. t. 2, Seneca, V. t. 3. Macrobij l. 1. *ſom. Sc. C.* 19. *& L.* 1. *Saturnal.*

17. Ou

. Ouidij, qui sic canit: Natus & infelix, ita Dij voluere, nec ulla
ommoda nascenti stella levisq; fuit. Non Venus affulsit, non ul-
Jupiter horâ. *Valerij M. L.1. C.4.5. Iuuenalis Sat. 7. aliorumq;: Partim*
hristianorum, eorumq; *Theologorum, Philosophorum, Medicorum,*
Iathematicorum, quales *t.5.* citati sunt. *Gerhardus Isagog. T. 7. d. 11.*
7. s. 4. astrorum influxum non totalem, sed partialem Causam
ffectuum Naturalium fatetur. Idipsum *Nos* volumus.

Posset etiam argumentum *à Cometis* deduci, qui plerumq;
liquid portendere solent, Necunquam spectatum impune Co-
neten *Claudianus* dicit. Sed quia rariores ac extraordinariæ stellæ
unt, à quibus non ad quotidianas procedendú, de quib⁹ in Gene-
liacis agitur, & à nonnullis signa futurorũ prænuntia esse negan-
ur, ut *Pererio L. 2. in Gen. C. 4.* Satius omittere eos visum fuit, Cum
hactenùs traditis satis argumentorũ ad probandum extiterit.

Pars Destructoria.

18. Ita *argumenta pro Astrologiæ* veritate expedita, quib. ea
onfirmatur ac credibilis redditur. Videndæ nunc *rationes in op-*
positum sunt, quibus Astrologia infringi debet, eiq; fides derogari,
deoq; Confutatio argumentorũ contrariorum jam instituenda,
uibus à multis Astrologica notitia oppugnatur. Priusquam id
eragatur, *de Scommatibus quibusdam* videndum erit, quibus pas-
m ab osoribus impetitur. *Vulgatum est*, quantum Astronomi me-
untur, tantum Astrologi mentiuntur. Sed insulsè dictum est, à
uocunq; initium traxerit. Non statim mentitur, qui dicit, quod
on euenit, si probabiliter tantùm, & quantum ex signis suis suf-
cienter animadversis colligere potuit, dicit, non immotè ac in-
llibiliter, quasi nullis impedimentis objectis euentum remove-
, aut distrahi ac differri possibile esset. Hoc a. modo omnia A-
rologica à prudente Astrologo prædicuntur, *t. 6. 16.* Ita non
entitur *Medicus*, eventa patientis ex signis Medicis, quantum a-
madvertere licet, prædicens, etiamsi ea interdùm nõ sequantur,
quod

quod quibuſdã intervenientibꝰ impedita & amota fuerint: *Sed i*
demùm mentitur, qui deſtinatâ malitiâ falſũ loco veri dicit, quod i
ſeipſo falſum eſſe novit, Ut *Dec. 3. Miſc. d. 7.* dictum, Quod nul
lus ingenuus Aſtrologus facit, Sed agyrtæ ac impoſtores, lucra
non artem captantes, *t. 7.* Et quorum vitia arti ipſi imputari no
debent. *Aliorum ſcommata ſunt*, quibus Aſtrologis illudunt, *Proxim*
anno Cœci parum aut nihil videbunt, ſurdi malè audient, mu
non loquentur. Bellum inter aues & aucupes, piſcatores & pi
ces, Canes & lepores aliaſq; feras, inter lupos & oues, feles & mu
res erit. Interibunt piſces, oves, boues, porci, pulli: Simijs, canibu
equis, mors ita infeſta non erit. Sani melius ægris, & divites pau
peribus ſe habebunt. Frigus in extremis Zonis ac montibus, Ca
lor in Julio vigebit. Humoris copia in mari Tyrrheno, Joni
maximè in Oceano erit, & quæ ſimilia *ap. Melandrum L.). Jocos.*
390. reperias. *Item*, bonum eſt pilos & ungves in Corpore reſeca
re, ubi prolixi illi, novas veſtes induere, ubi comparâris & habu
ris, Cum virginibus loqui, ubi favorem earum habere notes, co
meſſari, ubi pecunijs abundes, famulitium aſciſcere, ubi haber
poſſis, & neceſſitas requirat. *Item errores* Aſtrologorum adducun
& grauiter exaggerant, quaſi nihil arti credendum ſit. Ut, *Dix*
rat Aſtrologus Cœlum ſine nube futurum, &c, *ap. Melandr. c. l. Peuc*
rum d. divin. V. 1. 29. alioſq., Et quæ ſimilia, quæ tàm facile cont
mni, quàm maledici in artem evomere poſſunt.

19. Argumenta a. Aſtrologicis prædictionibus oppoſi
partìm *ex Scripturis. partìm rationibus, partìm experientijs, parti*
authoritatibus variorum ſumuntur. *Ex Scripturis* varia ex V. & N
Teſtam. Moſe, Prophetis, & Apoſtolis, depromuntur, de quib
jam ordine videndum erit. *Objicitur 1. Ex Geneſi exemplum Eſa*
& Iacobi, Gen. 25. Qui ut gemelli ſub eodem horoſcopo & genitu
nati, & tamen diſſimili ingenio, moribus, inclinationibus, & acti
nibus fuerunt, Vnus ferox, Venator, improbus, impius, pro
nus, *Hebr. 12. v. 16.* Alter probus, pius, agricola, ſanctus, *Gen. 2.*
v. 2.

27. At illi ex aſtrorum eadem diſpoſitione ſimilibus tempera-
entis ac naturis eſſe debuerunt. Quare ex aſtrorum obſervatio-
bus nihil certi colligitur. *R. 1. Una hirundo non facit ver.* Multa
empla gemellorũ etiam ſimilimorum dantur, Ut *t. 35.* patebit,
quibus ſi hæc arguendi ratio procedat, etiam pro prædictioni-
is Aſtrologicis concludi poterit. Quod tamen disſentientes no-
nt. Et aſtra cauſæ tantùm diſponentes ac inclinantes, & remotæ
uidem ac univerſales ſunt, ad quas non ſemper iidem mores
ecesſariò conſequuntur, ſed variè impediri posſunt. *V. t. 36.* Sic
iamſi eadem Cœli diſpoſitio fuerit, educatio tamen in Jacobo
ores prorſus aliter componere potuit, ac in Eſauo, qui edu-
tionem non admiſit, Ut ex hiſtoriâ ſumi poteſt. Ita Jacobus
eadem pius ac probus evaſit, alter inclinationes Naturæ ſecun-
um aſtra magis ſequendo improbus & pertinax permanſit. 2.
neratio horum aliquid extraordinarij habuit, & *typicè* velut ex
ovilu DEI geniti ſunt, Ut qui typos velut electionis gentium &
probationis Judæorum à DEO factæ, præſtare debuerunt, in
uibus gratiam ac ſeveritatem ſuam oſtendere ille voluerit, Jaco-
um nempè in primogeniti jus asſumendo, & Eſauum ab eo re-
obando, quod partim *Gen. 25. v. 23.* Partìm à *Paulo Rom. 9. v. 11.*
. oſtenditur. Nihil mirum, ſi ab aſtrorum diſpoſitionibus in na-
itate aliquid disſentiens hic intercurrat & obſeruetur.

20. Non quòd *Eſauus* præciſè damnatus ſit, Cujus indici-
n ex Sacris ſufficiens non habetur, ſed contrarium potiùs, dum
trem unâ cum Jacobo ſepelijt, *Gen. 35. v. 29. Et* ipſum Jacobum
Syriâ reducem fraternè complexus eſt, *Gen. 33. v. 4.* Ab Iſacco
lidè amatus eſt, *Gen. 25. v. 28. A* quo etiam in partem benedi-
onis poſt Jacobum admisſus, *C. 27. v. 39.* Quod de damnato ho-
ine in tanto Patriarchâ vix veriſimile: Sed quòd is à primoge-
turæ jure, & quæ eam ſequi ſolent, exciderit: Ita ſimiliter DEUS
pios juſtè & ſuis de cauſis à ſalute repulerit. Hoc à typo ad anti-
pum vitæ æternæ *Rom. 9.* accommodatur. Ut velut duobus illis,

Jacobo & Esauo, nil profuit aut valuit carnale privilegium, pri
mogenitura: Sic in antitypo, Judæis, carnis nativitas ex Abraha
mo, Isa. Jaco Vel opera aut aliæ prærogativæ nil prosint ad vit
æternæ possessionem. Quod in *Theologicis* ultrà probari solet. A
stra inclinant, non necessitant, eoq; & in extraordinariâ genitur
in gemellis diversitas aliqua extraordinaria occurrere potuit.
Alij respondent, impressionem astrorum in geniturâ fieri, quam
primùm homo novum aërem à cœlo imprægnatum & influxu
Cœlestis vehiculum attrahere incipiat in toto Corpore, etiam
nondum totus ex utero protrusus sit, *V. t.* 51. 54. *Et* per hoc u
tractus temporum in gemellis ex parte varientur: Sic & constella
tiones, & consequenter impressiones ex illis mutentur. Unde
non in Corpore, in animo tamen diversitatem aliquam intercu
rere posse. *V. t. 54. Deinde* astra non absolutè in dispositionibu
suis agunt, sed pro subjectâ materiâ ad eas recipiendas aptâ, qu
magis vel minus de illis recipere, & sic in gemellis varietatem al
quam admittere potest.

25. *II. Deut.* 18. *v. 10.* 11. *12.* expressè vetuit DEUS, ne int
Israëlitas esset, qui ariolos sciscitetur, aut somnia & auguria obse
uet, nec qui pythones aut divinos consulat, quæ omnia abom
netur DEUS. Similia *Levit. 19. v.* 31. C. 20. *v. 6. 27.* extant. Ne a
ariolis sciscitemini, anima, quæ ad Magos ac ariolos declinaver
interficiam illam. E. nec à Genethliacis de futuris quærendu
Nam & illi divinant, & sic inter divinos referendi. *R. Illi pytho*
ac divini hic intelliguntur, qui more Magorum, Necromantic
rum, & gentilium futura per malas, illicitas, ac pythonicas art
explorant, Ut *partim* Contextus, ariolos, pythones, malefic
augures, & similes jungens, Et *Lev. 20. v. 27.* expressè, In quib
pythonicus vel divinatorius spiritus fuerit, morte moriantur, a
ditur, qualia divinationum genera Ethnicis usitata, & omnia il
cita sunt, ac quæ vitanda esse ex abominationibus gentium *v.*
præmissis, *& v. 12.* 14. repetitis patet: *Partim* Hebræa Vox [illegible]
doc

locet, quæ ex vanis & ludicris signis, nullis Physicis caufis nitentibus, divinationes sectantem notat, Ut ex augurijs, præstigijs, incantationibus, Magijs, *veluti, quomodo fures explorandi, dies liciti & illiciti distinguendi*, ut vesperâ Jovis non colum trahere, Veneris non soleam equo subjicere, Saturni non fimum stabulo ejicere, quibusdam diebus nuptijs abstinere, domos non struere, uxorem non ducere liceat, aliaq; observare docent, *V. Plinium L. 20. c. 19. L. 28. C. 2. 4. seq. Conf. t. 7.* Quod cum Astrologicis genituræ observationibus nihil commune habet, quæ Physico astrorum influxu in sublunaria nituntur, indeq; deducuntur. Quomodo *Seb. Munsterus* in novâ Bibliorum translatione ex voce observat, qui superstitionum ac divinationum genera prohiberi ait, & *Lutherus, Brentius, Osiander, Junius, Rungius*, & communiter Interpretes explicare solent. Ad alia prædictionum genera certis artibus, causis, observationibus, connexionibus nitentia, textus extendi non debet.

22. *III. 2. Reg. 17. v. 17. objicitur Israëlitis*, quòd divinationi inservierint & augurijs. R. Nempè illis, quibus gentiles vacare soliti sunt, *v. 8. 11. 15.* Quæ omnes vanæ, superstitiosæ, & maleficæ erant, *t. 2.* Sæpiùs etiam ad vana ac stulta à mero nostro arbitrio pendentia applicatæ, *t. 7.* Et cum moderatis Astrologicis prædictionibus certis suis causis & connexionibus superiorum cum inferioribus nitentibus, indeq; probabiliter deductis, nihil commercij habent, Ita tempestates futuræ probabiliter ex astris prædicuntur. Sed non sunt istæ divinationes, quæ gentilibus usitatæ fuerunt, ideoq; nec earum ambitu comprehendi debent. *IV. Job. 38. v. 33. dicitur*, Nunquid nosti ordinem Cœli, aut rationem ejus in terrâ expones, quasi id homini impossibile sit? E. magis impossibile est, ex ratione Cœli futuros eventus prædicere. *Ibidem v. 21.* dicitur, sciri homini non posse numerum dierum ejus. At ex genethliacis id posse sciri docetur, & investigatur. R. Secundùm Hebræum ita reddendus textus, *An cognoscis de statutis Cœli, an domina-*

 tum

tum ejus in terrâ disponere potes? *Ut* Cœli cursus & effectorum eju
moderationem, directionem, ac dominium homini negatum
esse innuatur, quod verum: Sed ad cursum siderum observan
dum, indeq; de effectis nonnullis & inclinationibus in inferior
bus conjectandum, quasi homini prorsùs impossibilia ac illici
sint, colligere inde non sequitur. Non potest homo ordini au
Cursui Cæli dominari, *Sed eum observare, & ad aliqua in inferioribu*
observanda ac prædicenda accommodare. Si *Latina* versio absolutè u
geatur, etiam cursum ac motum Cœli, qui ad ordinem ejus sem
à DEO fixum pertinet, homini observari non posse colligetu
quod tamen, qui Astrologica præsagia oppugnant, non inte
dunt. *In v. 21.* Numerum dierum hominis certò & determina
sciri negatur, prout DEUS eum novit, *Psal. 139. v. 16.* Nec hoc
Genethliacis ita inquiritur aut cognoscitur, sed conjecturalit
tantùm, Ut sæpe aliter esse queat. Et propriè homini *ab ipso ortu*
cognitum esse negatur, prout & incognitum fuit, quòd eo tempo
aliquis nasci debuerit: Non quòd postea ex contemplatione Cæ
nihil horum ab homine qualitercunq; notari aut disci possit.

23. *V. Eccles. 8. v. 7. dicitur,* quis dicet homini, quod fut
rum est? Quasi id homini impossibile. E. nec ex astris de futu
aliquid sciri potest. *R. Nempè futura particularia in singularibus pr*
sùs evenientia incognita sunt, qualia nec prudens Astrologus præ
gire præsumit, qui in universalibus, dispositionibus, & inclina
onibus permanet, & sistendum suadet: Specialissima exactè sci
& certò præsagire, tantùm luminis Prophetici est, & à nullo n
vano Astrologo promittitur, *t. 7. Et propriè de stultis ac insipientib*
sermo est, qui nec de præteritis, nec futuris curant, adeoq;
nullo occasionem se informandi sumere cupiunt. His nec præ
rita, nec futura inferri possunt, adeoq; Nemo ex insipientibus
pientes conciliare potest. Hoc ad Astrologicas prædictiones nih
Quòd si absolutè verba urgeantur, & præteritorum notitiam h
minem non habere sequetur, Nam & ea homini negatur, Qu

con

ontra omnem observationem, historiam, Chronologiam, & ge-
orum annotationes est. *VI. Esai. 41. v. 22. seq. Accedant & nun-
ent Nobis,* quæ ventura sunt, annuntiate, quæ futura sunt, & scie-
us, quia Dij estis Vos. Quis annuntiavit ab exordio, Ut sciamus,
à principio, ut dicamus, Justus es? E. non in hominis potesta-
, futura prædicere. *R. Propriè illud de idolis gentium & Judæorum
quitur,* quæ nec prævidere, nec annuntiare futura possunt, *v.
.29.* Quæq; prænuntiare nequierunt, quæ DEUS ex oriente &
quilone super Judæos excitaturus esset. Quòd si talis futurus es-
t, eum ut DEUM aliquem Judæis suscipiendum fore. Quod
ihil ad Mathematicorum probabiles ex astris prædictiones. Et
e mirabilibus DEI directionibus, judicijs, ac destinatis loquitur,
uæ peculiariter DEUS decreverit, qualia nec idola, nec Pseudo-
rophetæ Judæorum videre aut prænuntiare possint, & nec A-
rologis certò dici posse *t. 7.* concessum est. Si absolutè verba ur-
eantur, ne tempestates quidem, eclipses, Conjunctiones aut op-
ositiones astrorum futuras, homini prædici posse sequetur,
uod tamen adversa pars concedit.

24. *VII. Esai. 44. v 7. Quis similis mei? Vocet* & annuntiet,
ordinem exponat mihi, ventura & futura annuntient eis. *R. E-
ssdem sensus* cum præcedenti est, & de peculiaribus DEI destinatis
operibus loquitur, qualia certò, exactè, & specialiter prædice-
solius DEI est, non ex astris vel hominum conjecturis capien-
um. Nec Astrologorum præsagia eò flectenda, *t. 7.* Solus DEUS
a futura prædicit, ut in nullo, etiam minutijs & particularibus,
llat. Astrologi conjecturaliter multa, ut in multis eventus sæpè
on respondeat. *VIII. Esai. 47. v. 13. 14. Servent te augures Cæli,*
ui sidera contemplantur, & menses supputant, Ut ex eis ventura
bi annuntient. Hoc ipsum & in Astrologos dici potest. *R. Hæc
superstitiosos Chaldæos & Babylonios dicitur,* qui se talia peculiaria
EI destinata, omnesq; eventus ac temporum momenta speciali-
r & exactè ex astris prædicturos promittebant, quorum menda-

cia DEUS irridet. Hoc Astrologis nos non tribuimus, *t.* 7. Hi al
usus Astrologiæ sunt, qui ipsi arti imputari non debent. Chalda
eâ ad nefarios conatus, superstitiones, impietates, & similia abu
tebantur, Quod Nos totum reprobamus, *c. l. Deinde* augures no
seruaturos Judæos esse dicitur, Non ipsos prorsùs nihil etiam i
naturalibus tempestatibus & similibus prænuntiare posse asser
tur. Quod longè diversum à priore est. Etsi quædam pericula e
signis prævidere ac prædicere possint: Non tamen à Judæis ave
tere poterunt, quod Judæi ab illis sperabant, sed illi ipsi prædicto
res ijsdem periculis cum Judæis subjacebunt.

25. *IX. Jeremi.* 10. *v.* 2. *A signis Cœli nolite metuere*, quæ t
ment gentes. E. nec Astrologorum prædicta curanda. *R. Nempè*
timent gentes, quæ fata ac necessitates inde procudebant, quo
Christiano non faciendum, *t.* 6. *Et aliud est*, Cœli signa non me
tuere, & aliquid ex illis debitè colligere, ac noscendum repræse
tare non licere. Prius non faciet Christianus, sed DEO confide
ad media spiritualia ac civilia defugiet, quibus multa infringi a
averti certum est, etiamsi astra sinisterioris quid portendant, *t.*
27. Sed posterius debito modo licitè occupare potest. Accert
modo Cœlum suspici ab homine, & observari posse *Esai.* 40. jub
tur, Ut *t.* 10. adductum. Secùs perinde colligam, Non timeb
opprobria hominum, *Esai.* 51. *v.* 7. E. nulla ea sunt. Non metu
tis regem Babylonis, *Jer.* 42. *v.* 11. Aut hostes, *Deut.* 20. *v.* 1. E. nu
li illi, aut eorum ausa ac conatus non debitè circumspiciend
Quæ non sequuntur. Idololatrici ac superstitiosi prognostica
tes Judæorum ita Monarchiæ Chaldaicæ addicti erant, ut supe
stitiosè totum Cœli cursum ad eam deflecterent, perpetuum ei v
gorem prædicerent, & gravia multaq; Judæis excidia ab eâ ex
stris indicare auderent. Hoc metuere vetat DEUS, quod ad n
turales Astrologorum prædictiones extendi non debet. *Thom*
metum Cœli in illis hic prohibitum putat, quæ à mero hominu
arbitrio dependent, *c. gent. C.* 85. Quomodo ad prædicta Astr

logi

gica planè alienè allegabitur, quibus à mero arbitrio pendentia n subjiciuntur, *t. 7.*

26. *X. Mich. 5. v. 12. Auferam* maleficia de manu tuâ, & divi-tiones non erunt in te, dicitur de temporibus N. T. E. nec pro-ostica genethliaca ferenda aut curanda, R. *Nempè divinationes leficiorum*, quæ maleficis ut talibus competunt, quales à pytho-bus, Magis, ac maleficis requiruntur & dantur, & quibus subin- Judæi in V. T. utebantur. Sic enim Hebræum præstigatores tat, qui in V. aut N. T. ferri aut approbari non debuerunt. Un- quidam sic reddunt, *auferam maleficia Magica à te*, & divinatio-s Magicæ non ampliùs erunt in te. Ad quem sensum & 70. In-rp. textum reddiderunt. Notatq; Propheta, omnes illas idolo-triæ species Judæis in V. T. usitatas, inter quas & pythones ac aleficos consulere, & divinationes ab illis requirere erat, in N. cessaturas, & soli DEO populum Christianum adhæsurum esse. nius planetarios reddidit, qui agyrtæ ac Impostores sunt, non ri Astrologi, *t. 7.* Cum quibus his nihil commune est. *XI. Gala- objicit Paulus*, Dies observatis, menses, tempora, & annos, *Gal. v. 10.* At hoc idem Astrologis opprobrari potest. *R. Loquitur de torum Judaicorum superstitiosis rigidisq; observationibus*, quibus Ga-tæ & Christiani per Chrum jam liberati erant, ac quibus jugis daicis iterùm irretire ipsos Pseudoapostoli, eaq; reducere vole-nt. Hoc Apost. vetat ac improbat, & ceremonialibus Judaicis n iterùm implicari Christianos vult, ut quæ egena ac misera ementa sint, quib. servari non possint, *C. 3. v. 1. seq. C. 4. v. 3. seq. 31. C. 5. v. 1. seq.* De cœli aut astrorum aut Cursûs Cœli observa-nibus ad aliquid inde colligendum, prorsùs nihil tradit.

27. *XII. Chrus vetat nos* de crastino die solicitos esse, *Matt. v. 3. E.* multò minùs de eventis totius vitæ soliciti esse debe-us, quod longè plus est. At Astrologica prædicta illa eventa in-uirunt & determinant. *R. Vetat nos de curis hujus seculi quà cibum, um, vestes, aliaq; necessaria* esse solicitos, quomodo Ethnici sole-bant,

bant, sed curam omnem in Patrem cœlestem conjicere. Hoc nihil ad observata aut prædicta astrorum. Nec prudens Mathematicus hominem de conjecturis astrorum solicitum faciet, sed prudenter tantùm quædam annotare & prænotare jubet, DEO cœtera committere, & pijs medijs multa præcaveri aut immutari posse addit, *t. 25. 34.* Conjecturalia enim hic tantùm sunt, non Rhadamentea edicta. *XIII. Solus DEUS prænoscit futura, & in eo sibi prærogativam ab omnibus Creaturis ponit. Exod. 3. v. 19. Esa. 41. 44. 47. Quæ t. 23. 24. citata, Et C. 43. v. 10. 12. C. 45. v. 21. C. 46. v. 10. C. 48. v. 3. 5. seq.* E. frustra id Mathematicis tribuitur, & consequenter ex astris prædicta nihili facienda sunt. *R. Solus Deus prænoscit futura,* Nempè omnia in universum, nullis eventibus exceptis, & tàm universalia, quàm particularia, & exactisfimè, particulariter & singulariter, & ex eminentiâ ac perfectione essentiæ suæ, quâ omnia, quæ fuerunt, sunt, & erunt, plenè sine ullâ imperfectione eminentiâ intellectus sui comprehendit & exhaurit, & hoc privilegium solius DEI est, in quo cum nullâ merâ Creaturâ communicat. *Astrologi* prænoscunt conjecturaliter, ex signis & indicijs quibusdam, & probabiliter, ut eventa & particularia sæpè contrà respondeant, & prædictionibus non in omnibus congruant, & quantum per imbecillitatem ingenij humani ex astris ut signis probabiliter percipi potest, Non omnia simpliciter, Nec quæ cognoscunt, semper exactisfimè, sed sæpè conjecturaliter. In quo sufficiens à DEI prænotione discrimen est. Quod Soli DEO competit, id eo modo, quo ipsi competit, nullus homo sibi arrogare potest. Futura cognoscere soli DEO competit, sed essentialiter, ex Naturæ necessitate, exactisfimè, immotè, & universaliter ac ad omnia simpliciter. Eo modo nullus homo hoc sibi arrogare potest. DEUS omniscius est, homo tantùm multiscius, t. 30. & in multis sæpè labatur.

28. *Affine præcedenti & hoc argum. esse potest. Quod DEUS sibi reservavit, id* homo inquirere non debet. Prænotionem futurorum

rum in genituris DEUS sibi reservavit. E. eam homo non inquiret. *Simile responsum hic, id eo modo,* quo DEUS sibi reservavit, homo non inquiret. Quod nec in Astrolog. prædictionibus fit, ut ante dictum. *Et Minor sit capienda,* Prænotionem futurorum, Scil. conjecturalem ex astris ut signis in genitura sumptam DEUS sibi reservavit, hæc enim propriè in Astrologis est, & tùm falsa Minor est, Non enim eam DEUS sibi reservavit, sed eruendam ac repræsentandam homini reliquit, Nec ita DEUS futura in genitura cognoscit, sed longè aliter, Ut *t*, 27. dictum. *XIV. Act.* 1. *v.* 7. *Non decet Vos scrutari tempora & horas, quas* sibi DEUS reservavit. Sed Astrologi tempora & horas mortis & fortunæ in genituris scrutantur. R. *Non scrutari, nempè de ijs rebus, de quibus ibi sermo,* quando nempè regnum Israëlis Christus reducturus esset. Aliàs tempora eclipsium, revolutionum, aspectuum in astris, & conjecturarum ex astris, quatenùs ea indicia quædam in quibusdam præbent, licitè homo scrutatur. Non enim DEUS hæc ita sibi servavit, ut non & aliquid homini revelârit. Sic Christus jubet tempora & signa liberationis suæ Apostolos observare, *Luc.* 21. *v.* 28. 31. *Matt.* 24. *v.* 33. Et signa extremi diei ac desolationis Hierosolymitanæ advertere, *c.l. v.* 4. 5. *seq.* Etsi tempus ultimi diei nulli nisi Patri notũ esse adderet, *v.* 36. *XV. Nemo novit,* quæ sunt hominis, nisi spir. hominis, 1. *Cor.* 2. *v.* 11. *Sed* homo ipse nescit, quid post annos & dies acturus sit. E. minùs Astrologꝰ id noscet. *R. Antecedens de consilijs & cogitatis hominis* loquitur, quæ nemo novit, nisi externis signis promantur, non inclinationibus & dispositionibus in homine, quæ conjecturaliter ex astris aut Physiognomonicis prævidentur. Et de notitiâ certâ, distinctâ, ac immotâ loquitur, quæ Astrologis non adscribitur. *XVI. Ignorat homo,* quid superventura pariat dies, *Prov.* 27. *v.* 1. E. nec Astrologus novit. R. Non superventura, sed hodierna dies, est in Hebræo. Et de varijs ac incertis eventibus loquitur, quæ nostram notitiam fugiunt. Qualia nec astris tribui-

buimus, sed dispositiones & inclinationes tantùm, Ut eventa va-riè succuti ac impediri possint.

28. *XVII. Non est via hominis in* manu ejus, *Jer. 10. v. 23.* E prorsùs ignotum, qualis sit via adolescentis in adolescentiâ suâ *Prov. 30. v. 19.* Homo proponit, DEUS disponit. E. nec prædic talia è Cœlo possunt. R. *Nempè* quomodo homo gressus dirigat, e venta promoveat, omniaq; ad nutum componat, Certò & im motè soli DEO notum est, Nec hoc astris tribuitur, sed dispositi tantùm ad actiones, & notitia conjecturalis ac probabilis, *t. 1* Eventuum omnium immota prænotio & directio soli DEO re linquitur. Quòd si homo ex astris sinistras dispositiones præno cat, eò ferventiùs DEUM de omnibus eventis dirigendis precan di occasionem ex Astrologicis habebit, *t. 13. 34. Prov. 30. auten* non in adolescentiâ, sed adolescentulâ vel virgine reddi debet, u astus amoris in juventute inexplicabiles esse dicatur, Vel lupan perfrictæ frontis impudenter se post impuritates virginem men tientis, non facilè detegi posse, Ut Junius explicat, Quomod nihil ad prædictiones nostras facit. *XVIII. Multi* curiosa sectante libros combusserunt, *Act. 19. v. 19.* In illis etiam divinatoria fu erunt, Ut *Augustin. in Psal. 61.* docet, & exemplo Astrologi confi mat. *R. Non Astrologici, sed Magici,* Pythonici, Aruspicini, & divin è Magicis fuerunt, ut communiter Interpretes explicant, & M gica omnis generis Ephesi familiaria fuisse proverbium *de liter Ephesiis* docet, quæ in pedibus, comâ & Zonâ dianæ Ephesin descriptæ fuerunt, & felicitatem juvare creditæ sunt, qualia cu sanis prognosticis Astrologicis nihil commune habent, *t. 24. 2 Augustini autem Astrologus* qualis fuerit, textus ipse apud eu docet. Dixit ille, adulterium & homicidium non facit propri hominis voluntas, sed Venus & Mars, quod nullus prudens Astr logus dicet. Nos totum damnamus, & contrarium dicimu *t. 31. 32.*

29. Ita *argumenta ex Scripturis* contra Astrologiam fuerin

Su

Succedunt, *quæ ex ratione* petuntur. Unde arguitur *XIX. Eventus perſæpè fallunt, &* prognoſticis ex aſtris raró fidi poteſt. Sic *Albumazar* ex aſtris Chriſtianá fidem ad annos 1460. tantùm duraturam, *Abraham* Judæus an. 1464. Mesſiam venturum, *Cameracenſis* poſt Concilium Conſtantienſe maximas disſenſiones Eccleſiam concusſuras prædixit, quæ omnia falſa fuerunt. Sic Cuidam diviti in Porusſiâ vitæ finem *Aſtrologus* prædixit, qui conſumptis fortunis omnibus Cum mors prædicto tempore non ſuccederet, ſtipem tandem mendicare coactus eſt. *Manlius Collect. p. 354. Conf. t. 34. Apud Alphonſum* Neapolitanum quidam Aſtrologus confesſus, nunquam ſe artem didiciſſe, ſed ex eâ regulâ prædixiſſe, ut ſemper Aſtrologis contradiceret. *Stephanus* Alexandrinus ſub Heraclio Saracenis prædixit, ipſos non ultra 365. annos regnaturos. Quod eventus falſum eſſe oſtendit, Ut *Cedrenus* notat. Duo Hebræi Aſtrologi Zitæ Arabi longam vitam & proſperos ſuccesſus prædixerunt, ſi Chriſtianorum templa ac imagines demoliretur. Sed is ſupra annum vix vixit. *Zonaras.* Sic Aſtrologus Principi venatum exeunti ſudum Cœlum prædicens, Cum ingens pluvia ſecuta ex Ruſtici prognoſtico fuisſet, Laudat aratorem Princeps, illumq; docere aſtra, ſed Aſtrologum ſumere raſtra jubet. *Meland. T. 1. Jocos. C. 64.* E. nihili facienda prædicta illa. *R. Non ſemper fallunt,* quandoq; reſpondent, *t. 14. 15. E.* aliquid veri ſubeſſe oportet. Et præcipuè ex aſtris non actus, opera, aut eventa, ſed inclinationes, diſpoſitiones, & habitudines ad actus ac eventa prædici debent, quæ ſatis certò hinc cognoſci posſunt. Ita *Phyſici, Medici, Politici,* uaria aximota habent, quibus non ſemper eventus reſpondet, Nec tamen ideò prorſùs reprobantur, ſed ut probabilia, Conjecturalia, ſtochaſtica, admittuntur ac retinentur. Probabilis veritas ſatis habet, ſi ut plurimùm vera ſit, etiamſi non ſemper, Ut in *Logicis p. 2. C. 3. 2. Et d. 14. Log.* dictum. Sic *Germani ſunt bibaces, Poloni furaces, Cretenſes mendaces,* Ægyptij ſuperſtitioſi, eaq; de vitijs gentium enuntiata, de quibus *præſ. d. Cognit. hum.* dictum,

probabilia tantùm sunt, & quandoq; fallunt. *Hydrops* & quartana Medicorum scandala plana, *Vrinæ* nigræ sunt lethales, Honores mutant mores, *Divitiæ* fastuosæ, *Thraces* sunt stupidiores, *Mercatores* sunt dolosi, *Quicquid* Græcia mendax audet in historiâ, *Qui* semel malus, semper præsumitur talis, *Noscitur* ex socio, qui non cognoscitur ex se, & quæ infinita talia in *Medicis, Politicis, Philologicis, Logicis,* occurrunt, quæ reprobanda, si absoluta Veritas in omnibus requirenda. Et tamen quòd interdùm secus evenit, non continuò *Physica, Ethica, Politica, Medica,* mendacij argumentum. Quæ omnes sua brocardica, Topica axiomata, verisimilia, Conjecturalia, habent & retinent. *In Logicis* tota Topica doctrina ex probabilibus procedere docet, non necessaria curat, Ut *c. l.* dictum. Simile quid *de Astrologiâ* ejusq; prædictionibus habendum. Varia hic impedimenta & Causæ occurrunt, quibus eventa retundantur. *Ideò semper cum exceptione illæ intelligendæ, Nisi* impeditum fuerit, Nisi quid intervenerit, si DEUS aut homo ipse ne aliter flexerit, Ut pluribus *t. 16.* dictum. Sic prædictiones tempestatum sæpè ex aëre, ventis, exhalationibus, variisq; materijs è terræ cavernis exsurgentibus, & dispositione situq; terræ impediuntur. Nec ob id in totum reprobantur. Ubi halituum natura dispositioni Cœli non responderit, tempestas ab astris inclinata non sequetur. Quantum ex astris autem eorumq; influxibus, dispositiones ad talia ac talia ingenia, & consequenter eventa in homine probabiliter advertuntur.

30. *XX. Ex Notitiâ prædictionum homo vel securus & impius, si* felicia astra, vel desperans & Melancholicus redditur, si infelicia ea deprehendat. E. potiùs in totum omittendæ. R. *Totum hoc accidente &* vitio hominum fit, non ex naturâ prædictionum. *Proinde* ac honores superbos, divitiæ arrogantes, Evangelium securos & incuriosos peccatorum, reddunt, & licentiâ omnes deteriores fieri solent. Ex abusu id est, qui artibus & rebus ipsis imputari non debet. Ita *Philosophi* Patriarchæ hæreticorum, *Jurisconsulti* litium

& oc-

scodiorum authores, *Medici* mortiũ, & *Theologi* hæresium ac seditionum Causæ audiunt. Sic si quis divitijs, honorib9, armis, gladijs, abutatur, non ob id res ipsæ ex usibus hominũ abjiciuntur. Fata astrorum sinistra hominem ad prudentiam, pietatem, & virtut. exercitiũ, quibus pravæ inclinationes Naturæ frangantur, omniaq; præcaveri ac amoveri possint, non ad desperandum, & dextra ac lœtiora ad alacriùs virtutes capessendas, grates DEO agendas, & ut bona proroget ac confirmet, orandum, vitamq; modestè agendam, non ad luxuriandum ac securè vivendum, manuducere debent. Hoc ex naturâ sui agere debent. *V. t. 34.* Cœtera omnia ex vitiis utentium accedunt. Et qui astrorum fata variè impediri posse novit, *t. 6.* ad desperandum ex prognosticis astrorum delabi necessum non habebit. Si ex abusibus prædictiones in totum omittendæ, etiam *Philosophia*, *Theologia*, *Medicina*, omittendæ fuerint, quia Sophistæ, hæretici, schismatici, Empirici, agyrtæ, turbones, illis omnibus abutuntur. Quod tamen Nemo admittit. Sic ipsa Scriptura in ab usum cedit.

33. XXI. *Stellæ à DEO sunt* bonæ conditæ, non malæ, *Gen. 1. v. 31. E.* non possunt malarum inclinationum in homine Causæ esse, Ut ad furacitatem, mendacitatem, ebriositatem, rixositatem, pugnacitatem, superbiam, ferociam, timiditatem, impudentiam, libidinem. *R. E. non possunt id ex se & naturâ sui*, possunt tamen ex conditione materiæ, quam inveniunt & commovent. Omnes stellæ ex naturâ sui sunt bonæ, & sic nihil mali in homine operantur: *Ex naturâ materiæ & subjecti*, in quod incidunt, influunt, & quod corruptum jam inveniunt ac commovent, quædam malæ ac sinistræ dicuntur, Ut Saturnus, Mars, Caput Medusæ, quædam benignæ, Ut Sol, Jupiter, Venus, Spica. Patiens enim secundùm patientis conditionem recipit, non agentis. Et secundùm merita materiæ infunduntur vires cœlestes, ait *Plato*. Ita ergò materia jam corrupta operationes stellarum in seipsis bonarum *aliter recipit*, quàm ubi totaliter bona & incorrupta ante lap-

 sum

ſum extitit, Ubi nil ſiniſtri Satur. aut Mars in homine comm-
vere potuit, quia nihil corrupti in eo invenit. Sic cera & butyru
aliter, lutum ac argilla etiam aliter vim ac calorem Solis ſuſcipi-
unt, ut illa molliantur & liquefiant, hæc contrahantur & ind-
rentur, etſi in Sole eadem operatio, calefactio. *Sic* Sol humore
exſiccat & conſtringit, butyrum diffundit & reſoluit. Sic bonus-
ques claudicantem equum nactus vitio equi claudicando i-
conficit, Cum ſi meliorem nactus, recto greſu procedere potu-
ſet, Ubi vitium in equo, non equite eſt. Itaq; vitia in homine
aſtris commota ac irritata ſibi ſuæq; vitioſitati, non ſtellis aut D-
tranſcribere homo debet. Sanguis tauri, napellus, cicuta, alia;
homini venena ſunt. Nec ob id ſanguis, cicuta, aut napellus
ſeſe & naturâ ſui mala, Nec propterea taurus ſine ſanguine, &
cuta aut nap. ſine proprijs ſuis naturis eſſe debuerunt, quòd h-
mini noceant. *Si regeras, Cur non omnes ſtellas DEUS Joviales creâ-*
ut merè bona in hominem influxiſſent? *R. Quia* ſic DEI ſapie-
tiæ placuit. Perinde ac quæram, Cum poſt ſtellas homo condit-
quare non ſic formatus, ut ſolius Jovis ac Jovialium ſtellarum v-
tutem receperit, omnes reliquas ſecluſerit! Quæſtiones curio-
& à Chriſtiano alienæ ſunt. DEO placuit, hominem & Jovis
Saturni Martiſq; influxus recipere, qui probo æq; minùs no-
bunt, ac atræ flavæq; bilis in homine miſtura homini ſano pr-
beq; diſpoſito. Rectè *Auguſtin, l. 5. d. Civ. D. C. 1.* Qui putant, ſt-
las poteſtatem hanc habere, vitia inſerendi, magnam Cœlo fa-
unt injuriam, in cujus velut clariſſimo Senatu opinantur ſcel-
facienda decerni, qualia ſi aliqua terrena Civitas decreviſſet, -
nere humano decernente evertenda fuerat. *Si dicas, Sat. & M-*
tem etiam in ſtatu integro jam fuiſſe, & non tetricitatem, crud-
tatem, furacitatem, in integro homine excitaturos fuiſſe, & id -
cilè diluitur. Non enim ad talia inclinant aut diſponunt aſtra
homine ut ſic, ſed ut pravus ac corruptus poſt lapſum jam eſt
ſemina malitiæ jam in eo inveniunt, qui ſi ſanctus ac innoce-

pr-

[...]erstitisset, nunquam astra talia in homine commotura fuissent. [...]t. 32.

32. *XXII. Si stellæ inclinationes* ad mala dant vel malos faci[...]nt, DEUS peccati author erit, quia stellarum author. *R. Si ex se* [...] *sua Naturâ* absolutè eas dant, tùm id sequetur, quia DEUS au[...]tor stellarum ut sic & in naturâ suâ est. Sed per aliud id dant, [...]uatenus in vitiosas ac corruptas materias incidunt, in quibus ta[...]s inclinationes ad prava ex corruptâ generatione jam inveni[...]nt, quas consequenter excitant aut promouent, quæ materiæ si [...]onæ essent, nonnisi bonas inclinationes astra irritarent, t. 31. *Sic* [...]*l ex latrinis*, fimetis, paludibus, fœtores educit, & in aërem at[...]ahit, Nec naturâ sui fætoris causa, Nec DEUS ejus causa, Sed ca[...]oris tantùm in Sole, qui in fœtida ac corrupta subjecta incidens [...]etores, in fragrantia ac suaveolentia, ut roseta, balsameta, fra[...]antias educit ac exsuscitat, nullâ sui vitiositate. Et sic DEUS tali[...]n pravarum inclinationum per astra causa esse non cogitur. *Sic* [...]*EUS motum &* naturam in fure ministrat, sed ἀταξίαν & deflexio[...]em ad alienum objectum à suâ malitiâ fur habet, non à DEO. [...]*undè nec stellæ sunt inclinationum pravarum causæ proximæ & ada*[...]*atæ*, ut illis statim adscribi debeant, sed Sathanas, vitiosum se[...]en, peccatum congenitum, pravi parentes & educatio, è qui[...]us mali ex malis prodimus, *Psal. 51. v. 7. Iob. 3. v. 6.* Prava mens [...]animus, quæ à Naturâ corruptâ jam nobis indita: *Sed remotæ* [...]ntùm & universales: Et pravæ inclinationes non perpetuò ac [...]incipaliter Causæ pravarum actionum sunt, Cùm sæpè perbo[...]m educationem & alia adjumenta mutari possint, *t. 30.* Sed Di[...]olus seducens & praua hominis voluntas princeps causa hic est, [...]am ex naturâ parentum homo hausit. Itaq; nec astris proximè [...]avitas adscribi potest. Sic Nero, Caligula, Heliogabalus, non ex [...]ris ad vitia sua impulsi fuerunt, sed Sathanâ, pravitate Naturæ, [...]quotidianâ peccandi assuetudine. Astra non faciunt fures & a[...]lteros, sed mores & inclinationes promunt & ostendunt. Ille,

qui

qui vitium fato adſcripſit, & fato ſe furatum dixit, reſponſum à
Zenone accepit, E. fato etiam punieris. Et rectè. Cœlum cauſa ma-
tationum & actionum in homine eſt ſecundùm potentiam & i-
clinationem: Anima eſt proxima ſecundùm actum. Propiores
cauſæ actionum malarum in homine eſſe debent, quibus eæ a-
ſcribendæ, non remotè diſponentibus, & in materias jam corrupt-
tas incidentibus, eaſq; oſtendentibus ac præſagientibus. Sic *Sol &*
homo generant hominem, ſed vitioſitatem in homine non Soli,
ſed propioribus cauſis adſcribes. Sol dat, quod ſuum eſt, & na-
turam format, fovet, & juvat, ſicq; ad hominem concurrit. Vitio-
ſitatem aliunde homo habet, ſed Sol eam commovere, oſtendere,
& indicare poteſt. Aſtra in ſe bona ſunt, ſed vitioſum hominem &
à primordio geniture ex vitio ſeminis corruptum per aliud de-
dè irritant, promovent, & in themate erecto oſtendunt.

33. *XXII. Nulla certitudo influxuum Cœleſtium dari poteſt, quia*
totalis Cœli revolutio durante Mundo non ſemel adhuc perfecta
fuit, Nam ad eam 36000. anni requiruntur, Ex quâ demum per-
fecta Cœli operatio obſervanda & deducenda fuerit. *R. Non ſequi-*
tur. Ex motu enim aſtrorum à Veteribus & Neotericis obſervato
ac repræſentato ſatis influxus obſervatus eſt, quantum ad gene-
thliacam ſcientiam & ſimilia, prout uſitatè in homine eſſe pos-
ſunt, pertinet, ut de fatis ex aſtris homini conjecturaliter inde ali-
quid prædici poſſit. Et iſte motus nonæ ſphæræ, quæ tanto tem-
pore ad revolutionem ſuam indigeat, fictitius eſt, nec in Cœlo
reverâ datur. *Motus a. ſtellarum Zodiaci aliarumq; fixarum & Planeta-*
rum ſatis hactenùs Aſtronomis expertus & obſervatus eſt, ex quo
generatio, alteratio, & mutatio inferiorum Corporum Mundi
deducitur, & prognoſtica inferioris Mundi ſumi ac repræſentari
ſolent, ut ad prædictiones ſatis fundamenti inde colligere qua-
mus. Nonæ a. ſphæræ motus parum eò ob tarditatem ſuam con-
ducere vel promovere poteſt. *XXIV. Paucæ demonſtrationes de effe-*
ctibus ſiderum in Aſtrologicis dantur, quòd talia effecta ſiderius
uj-

quibusdam competant, Imò de multis inter ipsos Aſtrologos adhuc controvertitur. E. & ars ſuper illis fundata ac prædictiones parum fidei merebuntur. *R. De plurimis effectibus* ſiderum ſatis certa ex diuturnâ ac conſtante obſervatione experientia eſt, & prædictiones certis regulis ſuperſtructæ ab Aſtrologis, eventus reſpondentes in plurimis habuerunt, *t. 14.* 15. Ut demonſtrationes ampliùs non requiſitæ fuerint. Etiam in multis alijs ſcientijs multa ſtochaſtica, conjecturalia, ac probabilia intercurrunt, *t. 29.* Facilis lapſus etiam & hallucinatio ob infirmitatem humanam intervenit, Nec in totum ob id reijciuntur aut incertæ habentur. In ſtochaſticis a. ordinariè demonſtrationes requiri non ſolent.

34. *XXV. Infinita exempla dantur, in quibus* prædictiones Aſtrologorum de genituris multum aberrârunt, & falſi ex eventibus convictæ fuerunt. Sic *Sixtus ab Hemmingâ* 30. exempla illuſtrium hominum adfert, in quib. 2. Cæſares, 6. Reges, 2. Reginæ, 2. Principes, quibus genituræ thema nihil in eventu reſpondit, in *L. c. Aſtrolog. V. t. 29.* E. nihil certi in arte Aſtrologicâ. Plura *Beyerling Voce Aſtronomi. p. 558. 562,* ſeq. habet. *R. Non ſequitur.* Errata artificum non debent ipſis artibus imputari, *t. 7.* Multi Medici peſſimè curant, & in mortes ægros deducunt. Nec ob id Medicinā incertam curandi aut ſanandi ſcientiam asſeres. Per accidens & vitio vel abuſu hominum id fit, quæ varij generis esſe posſunt, *t. 7.* 16. *29.* Interdum prædictiones Medicæ de morte non reſpondent, Nec tota Medicina ob id incerta habetur. Impedimenta varia hic intercurrere posſunt, quæ eventus impediunt, Nec Aſtrologorū prædicta Prætorum edicta ſunt, Ut ſimpliciter aliter esſe non posſint, *t. 6.* Diſpoſitiones etiam & habitudines tantùm ex aſtris prædici debent, non facta, opera, eventa, quæ variè impediri posſunt, *t. 6. 29. Deinde* in multis eventa prædictionibus reſponderunt, *t. 14. 15. E.* tamen aliquid arti concedendum erit. Nempè multa conjecturalia hic intercurrunt, ut & in alijs artibus, *t. 29. XXVI. Nullum uſum nativitates præbent,* & parentes liberis themata erigi curantes

tantùm curiositati suæ satisfaciunt, aut temerè pecunias profundunt. R. *Antecedens falsum est.* Sunt enim Nativitates debitè erectæ & applicatæ velut specula humanæ vitæ ac constitutionis, in quibus temperamenta, inclinationes & dispositiones nati intellectui velut sistuntur & repræsentantur, ut de futuris fatis, moribus, sanitate, ægritudine, & statibus hominis prudens conjectura inde capiatur, ac bona eò promptiùs promoveantur, sinistra prudentiùs præcaveantur & declinentur, DEUSq; in omnibus ut summus dator & amotor solicitè de successibus invocetur, ejusq; providentiæ se totum & sua omnia homo commendet, educatio liberorum accuratiùs instituatur, inclinationes ad pravum maturiùs in pueritiâ edomentur, ad bonum feliciùs juventur, ad ea studia, ad quæ nulla inclinatio, sed aversio potiùs in liberis observatur, illi non adigantur, ne invitâ Minervâ discere aliquid cogantur, ubi obstante Naturâ irritus labor esse solet, maleq; coacta ingenia respondent, Ut *Seneca d. tranquil. ani. C. 6.* ait, & liberi ipsi talia ex thematibus noscentes prudentiùs seipsos in provectiore ætate regant, non temerarias occasiones ad rixas, dissidia, morbos, si inde sibi pericula è thematibus prænoscant, suppeditent, non studiis sibiipsis aversis se macerent, vitia meliùs exscindant, virtutes feliciùs juvent, mores ex temperamento sequentes promptiùs prævideant, & ad bonum flectere discant, & in omnib⁹ è themate prævisis temperatiùs se gerant. Potest enim, qui sciens est, multos stellarum effectus avertere, quando Naturam earum noverit, sicut optimus agricola naturæ terræ confert, ait *Ptolomæus Centil. 5. & 8.* Sic si ex astris *defectus bonorum animi* advertatur, meliùs veternus, socordia, inconstantia expellenda, id enim homo, si se cogere velit, præstare potest, & se ad sedulos homines perpetuò sociare. Si *dispositio ad morbos*, tempestivè Medicos consulere, diætâ ordinatâ occasiones præscindere, præservativis uti, si *sterilitas*, fortunam omnem æquè ferre, DEOq; committere; si *captivitas*, prava conversatio, loca ac tempora periculosa, omnino

Inju-

Injustitia fugienda, innocenter vivendum, & virtutes eò constantiùs promovendæ sunt, & in summâ, omne naturale infortunium naturalib9 remediis curari posse cogitetur, sic pleraq; sinistra prudenter declinabuntur. In quibus omnibus insignem homini utilitatem conferri certum est. *Conf. t. 30.*

35. *XXVII. Si ex positurâ siderum* de naturâ hominis prognosticum capi potest, quid de gemellis fiet sub eadem constellatione genitis, qui inde similes inclinationes sortiri debuerunt, & prorsùs contrarias nacti sunt, ut moribus, temperamento, studiis, actionibus, perpetuò sibi adversati fuerint, quorum exempla plurima suppetunt, ut in *Proclo & Euristhene* Regibus Lacædemoniis, geminis, sed vitæ prorsùs dissimilis, in uno honesta & prolixa, in altero spurca & brevis, Item in *Jacobo & Esauo, t. 19.* Hic eadem positura contrariarum inclinationum Causa erit. Ergò fallax hoc totum è geniturâ & astris judiciū. *R. Non sequitur.* Rarò enim hoc & impedimentis quibusdam incurrentibus contingit, quòd ordinario astrorū influxui nihil adimere potest. Sic in Jacobo & Esavo, *t. 19. 20.* Sic ex gemellis unum quandoq; abortit, sed ex matris constitutione, cum illi altera mammarum extenuatur, ut *Hippocrat. 5. aph. 38. Sennertus lib. 4. Prax. p. 2. C. 5.* tradunt. Astra nō sunt Causæ unicæ, solitariæ, & proximæ inclinationum & actionum in homine, sed remotæ, universales, & aliis multis intercurrentibus junctæ, per quas varia impediri possunt, & actiones non sequntur semper inclinationes, sed sæpè animam & libertatem voluntatis, quæ proximæ actionum Causæ, & hoc ac illud etiam contra illas expedire possunt, unde & in gemellis actionū aliqua varietas occurrere potest. *Similiter* educatio, & varia gignentium ac matris constitutio, symptomata casusq; accedentes, variationem hic præstare possunt, *t. 19.* Astrorum autem prædicta semper ita intelligenda, nisi impedimenta intercurrerint, *t. 16.* Et motus etiam Constellationum varietatis aliquid interdum in gemellis inferre possunt, qui ad exiguum tempus quandoq; mutantur. Cum non

omnes gemelli eodem planè momento protrudantur, sed spatii aliquid hic intercurrat, quo unus alium sequatur, unde positura Cœli variari possit, *t. 19. Deinde* multi gemelli quàm simillimi in temperamentis & inclinationibus fuerunt, Ut idem velle & nolle ambobus extiterit, ut exempla in *Medardo & Childado* Episcopis unâ die natis, Episcopis factis, mortuis, & in Catalogum Sanctorum allectis docent, de quibus *versus, Felices fratres, quorum communis origo, Vita, corona, obitus, gloria, festa dies.* Quin communis erat mens & cor, dicite sed vos, corde uno possint corpora bina regi? Item *Lupo & Apro*, qui simul nati, simul naufragio rapti sunt. *Melander T. I. Jocos. C. 471. 472. Similiter in Francisco & Petro Pithoeis*, gemellis valdè aspectu sibi similibus, moribus etiam concordibus & sympatheticis, ut uno ægro & alter maèl habuerit & locis dissitos idem morbus infestaverit. Item trigeminis Argentinensibus, qui eodem temperamento, nec multum diversis moribus extiterunt. *C. l. Eichstad. proleg. p. 3. Ephemer. t. 27. An. 1582.* gemelli nati, sequente anno eodem ferè tempore ex eodem morbo denati sunt. Anno 1581. Segebergæ geminæ puellæ natæ, ambæ uno anno, mense, ac horâ denatæ sunt. *Cicer. d. nat. Deor.* duos fratres memorat, qui simùl nati, simùl ægrotare & morbo aggravari cœperunt, & eodem medicamine sanati sunt. *Beyerling c. l. p. 578.* Polystratius & Hippolidus simul nati, eruditi, conversati, & pariter in senectâ extincti sunt. *Id. c. l.*

36. *XXVIII. Si divinatio ex astris* de hominis constitutione valet, aut eadem etiam in stirpibus & brutis valet, aut non. Si valet. E. & Astrologi de arborum fertilitate aut brutorũ fortunis divinent. Si non, E. fallax & vana hæc divinatio, Cum bruta & stirpes multò magis à Cœlestium Corporum influxu ac necessitate pendeant. R. *Etiam illa in istis valet*, si pari dilgentiâ thema pro brutis aut stirpibus erigatur & inquiratur, ac pro homine, quod ordinariè fieri non solet, quia homo dignior, Cui labor ille impendatur, ut Cujus gratiâ cœlum & astra condita, *t. 10.* Quod de brutis ita non sic

bru-

Brutorum felices proventus aut excidia benè ex astris prævideri ac prædici possint, si thema in locum aliquem appositè erigatur, & astra ad proventum brutorum aut excidium disponentia eaq; notantia probè advertantur & accommodentur. Quod idem & de proventibus ac sterilitatibus stirpium & arborum dicendum, in certo loco ac horizonte, astris illius probè observatis, & ad horoscopum accommodatis. Sic *Thales* olearum ubertatem ex astris prævidit, eoq; multum olei comparavit, post majoris vendidit, & ingens lucrum reportavit. *Arist. l. 1. Polit. c. 11.* Sed ad totum genus stirpium ac brutorum hic proceditur, non quodvis Individuum in specie, ut in homine, ubi major essentiæ ac status nobilitas, & uberior eventuum variorum copiositas ac mirabilitas, quàm brutis aut plantis. *XXIX. Vires agendi*, unde prognostica sumenda, aut initio Creationis astris inditæ, at hoc non, Nam si homo non lapsus, quorsùm dispositiones ad sinistra inditæ, ut furta, mendacia, tempestates, tonitrua, grandines, nunquam enim eæ in actum deduci debuissent: Aut post lapsum, at sic per lapsum magna cœlo illata fuisset mutatio. E. planè non in illis, & consequenter vana inde præsagia. *R. Initio astris* inditæ fuerunt, sed non omnes dispositiones ex æquo in homine movere potuissent, Cum homo, si integer perstitisset, ad malum suscipere nullas potuisset, & patiens secundùm suam habitudinem recipiat, non agentis, *t. 31.* Similiter ad tempestates dispositiones habuissent, easq; in sublunaria exseruissent, ac tempestates excitassent, sed illæ homini non molestæ aut noxiæ fuissent, nec quidquam damni sublunarib. intulissent, ut post lapsum faciunt, ubi tanquam Dei pœnæ aut castigationes inferuntur, quibus in homine integro opus non fuisset, Nec homo ullas, quas hodiè vocamus, Cœli injurias sensisset, aut pro talibus accepisset.

37. *XXX. Terræ exornatio est sole ac* astris vetustior, *Gen. 1. v. 11. 12.* E. nulla astrorum in eam efficacia. Et consequenter prognostica inde vana. *R, E. in illam primam* exornationem nulla eorum ef-

 ficacia

ficacia. Hoc ſequitur & verum eſt. Sed E. in omnes ſubſequen-
tes nulla, non ſequitur. Nam & maria ante aſtra condita, *c. l. v. 9.*
Et tamen magna Lunæ in aquas & omnes humores etiam in ho-
mine efficacia, Ut novi & plenilunia in aquaticis docent, & expe-
rientia teſtatur. Ita exoriente Canis ſtellâ maria ac vina æſtuant,
ſtagna moventur, Canes in rabiem aguntur, *Mizald. C. 8. t. 5.* li-
naria avis eadem, & alauda Arcturo cum Sole oriente obmuteſce-
re incipiunt. *Id. C 9. t. 63.* Clupea piſcis in Avaro Galliæ fluvio c-
ſcente lunâ albus, decreſcente niger eſt. *Stobeus ſer. 98.* Selenites
lapis incrementa ac decrementa Lunæ repræſentat. *Plin. lib. 7.*
C. 10. Alia enim ratio Naturæ jam conditæ, quæ uniuerſalibus &
particularibus cauſis jam juſſu Dei ſeruari ac juvari debet: Alia
primitùs condendæ, quæ ſolo DEI nutu ac juſſu exiſtebat & ſo-
vabatur. Sic lux & tenebræ, dies & nox, ante aſtra conditæ, *Gen.*
v. 4. Et hæc tamē in Naturâ conditâ per aſtra jam efficiũtur, & ſol
ac Luna eum in finem condita, ut diem à nocte dirimant, & an-
nos, dies, ac tempora ſtatuant, *c. l. v. 14.* XXXI. *Stellæ uno ac eodem*
modo ſemper agent, ſunt enim agentia Naturalia. At in themati-
bus variæ operationes illis tribuuntur. *R. Semper eodem modo* -
gent, ſi eodem modo ſemper vis eorum ab homine aut ſubluna-
ribus recipiatur, & nulla impedimenta occurant, quæ variatio-
nem importent. Sic vinum ſemper calefacit & exhilarat. Sed per
accidens in febrili corpore venenum fieri, & frigus intendere po-
teſt, quia talis diſpoſitio in febriente jam reperitur. Sol ſemper
calefacit, ſed vis ejus à ſublunaribus quandoq; retunditur, ut n-
ſatis recipiatur, ut in immani aëris frigore, ubi calor radiorum
Solis vix ſentitur. *Conf. t. 52.*

38. XXXII. *Ut ſiderum periodus* ac motus fatalis eſt, ſic & agen-
di virtus in aſtris erit, ſi aliqua erit. Sic virtutes agendi fatales &
neceſſariæ erunt, nec aliter ſe habere poterunt. *R. Neg. Conſeq.*
Motus in illis ipſis aſtris terminatur, & â nullo impediri poteſt, ni-
ſi DEO, Ideò ſemper idem: Efficacia ab illis in inferiora ſurli-

tur, & in recipientibus terminatur, qui pro suâ dispositione varia recipere, multa in eâ immutare, ac per impedimenta objecta de eâ deterere possunt, ne facto semper sequantur, quæ per agendi virtutes sequi debuissent, *t. 16. 19. 29. XXXIII. In unâ urbe & regione* eadem horâ & sub eadem constitutione Cœli filius regis aut principis & rustici alicujus nascitur, qui tamen diversas inclinationes & fortunas habent, ut unus sceptrum & imperium, alter stivam & aratrum gerat. At illi sub eadem constellatione geniti eandem fortunam habere deberent. *R. 1. In unâ urbe* non facilè observatum, duos eodem præcisè momento genitos esse, sed aliquid diversitatis in utroq; occurret. *Quòd si* eodem omninò tempore lucem aspiciant, dispositio tantùm & inclinatio ex astris ad eandem fortunam in utroq; erit: Sed facta ipsa, eventa, & status non statim sequi necessum habent, sed hic statibus diversis hominum, quibus uterq; natus, Principis & rustici, educationibus, patrijs dispositionibus in utroq; diversis, unde quis prodijt, multum impediri possunt. Sic ex podagrico ac morboso unus, alter ex vegeto & sano eodem momento productus, unus dispositioné ad podagram & morbum sortietur, alter non, etsi una Cœli positura fuerit, quia propiores causæ, parentum diversitas, diversitaté in utroq; nato hic important. Nec Astrologi simpliciter dicunt, Cœlum fortunam hominis aut infortunium causare, sed pro subjectâ materiâ, quæ pro suâ dispositione influxum Cœli magis aut minus suscipit. *V. Beyerling. c. l. p. 578. 2. Si diversis* locis & urbibus geniti, diversi horizontes etiam diversam positurae Cœli constitutionem important, & sic diversæ dispositiones in natis occurrent. Facile a. horizontes & meridiani mutantur, & ad eos etiam situs astrorum variatur.

39. 34. *Simile & hoc argumentum: Multi in Orbe* eodem momento & sub eadem Cœli positurâ cum *J. Cæsare, Homero, Alexandro M. Scipone Afric.* nati sunt, & tamen unus tantùm Cæsar, Alexander, Homerus, extitit. Nullus eodem tempore eandem fortu-

fortunam, ſtatum, ingenium, cum illis obtinuit. Ita *Cicero 2. d.*
divin. R. Sed diverſis locis & horizontibus illi nati, itaq; & diverſæ
poſituræ Cœli ac diverſæ natorum conſtitutiones. *Si omninò ſub eo-*
dem horizonte cum illis nati, inclinationes tantùm pares fuerunt,
facta ipſa alijs obſtaculis intervenientibus impedita fuerunt. Non
enim Cœlum unica aut proxima fatorum in homine Cauſa, ſed
plura requiruntur, quæ ubi diverſa, etiam diverſa fata homines
experiri nihil abſurdi eſt, Ut *t.* 38. dictú. Ac in Cæſare, Alexandro,
Homero, ut heroibus, peculiaris Dei ſuper aſtra diſpenſatio fuit,
ut tanquam heroes nati fuerint, In quo ut ſingulari DEI deſtina-
to alij homines cum illis communicare non debuerunt, & ſic nec
eadem poſitura requiri aut indagari hic debet. 35. *Multa* millia
ſimùl in bello cruentâ morte pereunt, ut in pugnâ ad Cannas
70000. Sub Cæſare 50000. hoſtium cæſi, *Ciegler. d. vanit. C. 3.* Sub
C. Mario 100000. Teutones & Cimbri in pœrlio perierunt. *Mo-*
ting p. 1. Chron. Brunſut, p. 3. Sub Cæſare & Arioviſto Germ[...]
80000. Teutones in Galliâ uno prœlio occubuerunt. *Id. c. l. Et Cæ-*
ſar L. 1. Comm. Sub Actio Rom. contra Attilam pugnante 180000.
perierunt. *Id. p. 18. c. l.* Sub Henrico aucupe Hunnorum 100000.
uno die perierunt, & 50000. capta ſunt. *Id. p. 48.* Sub Abiâ 500000.
Iſraëlitæ cæſi, *2. Chron. 13. v. 17* In proelio ad Nordlingam 12000.
Suecorum perierunt. Multi ſimùl in naufragio aquis ſuffocantur.
An illi omnes eundem horoſcopum de morte violentâ aut aqua-
rum vi habuerunt? *R. Vel conſtellationes* ad mortem violentam &
aquarum pericula in omnibus illis fuerunt, ſi indagatæ fuiſſent,
& ſic quia poſitum Cœli non impedierunt, eventum in illis ſte
nactus eſt: *Vel Conſtellatio* aliqua generalis ad bellum eſſe potuit,
quæ ſubjecta irritare valuit, quâ incitati illi ad bellum profecti
runt, ſicq; in bello perierunt, quibus vicina bello conſtellatio
mortem violentam prænuntiavit: *Vel* quia ſponte ſuâ medium
vitæ periculoſum elegerunt, bellum, etiam in eo perierunt, etiam-
ſi Cœli poſitura longiorem vitam promittere potuerit, Cujus e-
en-

ventum impedierunt, qui periculosum statum securo prætulerunt, in quo non longævitati, sed brevitati vivendi varijs medijs utplurimum litari solet.

40. 36. *Ipse Diabolus non* certò prædicere futura potest, sed in multis fallitur, Ut ex oraculis patet. E. minùs Astrologus id poterit. R. *Eventa nempe & ipsos casus* ac facta certò non, hoc est, immotè & infallibiliter. Hoc solus DEUS potest, Nec hoc Astrologis tribuitur. Sed probabiliter tantùm, & de inclinationibus ac dispositionibus ad rem, Ut eventa variè impediantur, *t. 29*. Et hoc tám Diabolus ex astris, quàm Astrologus conjectare potest, & ille subtiliùs, quàm hic, prout perspicacior spiritus est, ac ullus homo. 37. *Si Christiana religio* vera est, nequit prædictio Astrologica vera esse. Illa hanc sæpiùs falsitatis ac impietatis damnavit. At illa est vera. Ergò. *R. Antecedens non sequitur*, Cum utraq; vera esse possit. Illa ut spiritualis, hæc ut Civilis notitia. Verum autem vero non repugnare, sed falso, in *Coron. Log. t.* 24. dictum. Nec fides Astrologiam damnavit, sed vanitatem & abusum ejus, Cum ad illicita objecta extenditur, aut illicito modo tractatur vel applicatur, Ut *t. 57*. patebit. 38. *Si futura* ex astris prævidentur, etiam proventus Ecclesiæ & studium hominum in fide Christianâ ex insigni constellatione prævideri potuit. *R. Non sequitur*. Hoc enim ad spirituale regnum & mysteria DEI divinitùs destinata pertinet, qualia ex astris prævideri non possunt, *t. 7*. Sed hoc nil ad civiles dispositiones ac inclinationes ex astris prævidendas, quas Astrologiæ subjectas dicimus.

41. 39. *Si futura* ex astris prævidentur, etiam futura de Christo & Ecclesiâ inde prævideri potuerunt, quod veritati vaticiniorũ in Prophetis V. T. & certitudini fidei Christianæ detrahit, quæ eo maximè veritatem suam confirmat, quòd omnia, quæ de Christo & Ecclesiâ prædicta, immotè & certò consecuta sint. *R. Et hoc non sequitur*. Mysteria enim hæc omnia & spiritualia sunt, quæ extra circum prædictionum Astrologicarum sunt, & superius Cœ-

 lum,

lum, ac astrale, requirunt, ac veritati Dei per Prophetas talia prædicentis hæc omnia relinquunt, quibus Christianæ fidei certitudo immotè confirmatur. Si qui Astrologi ultrà progressi, & prognostica etiam eò extenderunt, ad abusus ac vitia subjectorum pertinent, non naturam artis in sese evertere debent, *t. 7.* Redeq; *Cajetanus* id dixit, quod Pererius allegat. Ut *c. l.* visum, *40. Astrorũ vires* nec omnes certò notæ sunt, Nam nec faciliora de Cœlo, ut natura ejus, qualitates, numerus & differentia Orbium, motuum varietas, astrorum numerus, magnitudo, lux, potestas, satis nota, Multæ stellæ adhuc latent, multæ controversæ adhuc suut, quædam nascuntur & intereunt, ut ap. *Aristotel.* & alios patet, nec si essent, præsensiones indè certæ essent. Nam Cœlum tantùm universalis causa est, ad effectus a. etiam particulares causæ requiruntur. E. tota prædictio ex astris vana est. *R. Negatur consequentia.* Ex iis, quæ nota & observationibus firmata sunt, satis & vires stellarũ notæ, & prædictiones, quales hic intenduntur, conjecturales ex illis formari ac super illis fundari possunt. Planetarum & Zodiaci & quarundam fixarum, ut Sirii, Arcturi, Spicæ, reguli, inprimis vires & notitia requiritur, quæ sufficiens hodie est, illisq; genethliaca quà inclinationes satis superstrui potest. Reliquarum cognitio non ita absolutè requiritur: Et quantitas, numerus, Varietas astrorum quantum ad genethliacam pertinet, sufficienter observationibus detecta est. Reliqua de naturâ & qualitatibus Cœli, de quibus *Aristoteles* digladiantur, huc parum faciunt. Etiamsi ixo- sis de his conveniri non possit. *V. t. 33.*

42. 41. *Ad futuros effectus* non modò cœlum, sed & causæ particulares ac materiæ idoneè dispositæ requiruntur, secus effecta non consequentur. E. ad futura prædicenda non cœli modò dispositio, sed & multa alia requiruntur. *R. Ad effectus* immotè & infallibiliter ac particulariter prædicendos ea requiruntur hic a. stochasticè solùm prædicuntur. Nec effecta ipsa præcisè, sed dispositiones & inclinationes ad ea, quæ sequi debent, prædicuntur,

tur, nisi variis obicibus objectis avertantur. *t. 6, 29. 42. Si hominum fata ex* cœlo & astris pendent, an & muscarum, vermiculorum, echinorum, & minutissimorum terræ marisq; animalium? *Gellius L. 14. C. 1. R. Omninò* & generatio eorum à cœlo pendet, ac influxus cœli in illis manifestus est, ut ranæ à sole genitæ: sed fata eorum non inquiruntur, quòd ob vilitatem indigna, *nec* tot notabilibus variisq; casibus subjecta sint, ut homo, *t. 36.* Cujus gratiâ cœlum conditum, *t. 10.* Non vilium animalculorum, *43. Liberum hominis* arbitrium in civilibus per istas prædictiones prorsus evertitur, consequenter animæ spiritualitas ac immortalitas labascit, quod ap. Christianos non ferendum. *R. Antecedens falsum est.* Inclinationes prævidentur, facta ipsa per libertatem voluntatis aliaq; occurrentia mirificè impediri possunt. Et hic libertas servatur, *ut t. 16.* dictum. Item educatio, mores, & facta contraria inclinationibus inserere possunt. 44. *Cœlum est causa* corporalis & materialis. Operationes a. hominis in multis sunt spirituales ut intelligere, velle, eligere, & voluntas ex se indifferens est, E. à cœlo non dependebunt. R. *Nec dependent*, sed inclinationes tantùm, quæ maximam partem temperamentum & crasin corporis sequuntur, nisi impediantur. In animam cœlum directè & immediatè non influit, sed quà in corpore est, ejusq; organis ad operandum in multis utitur. Nec ipsæ operationes certò prædicuntur, quæ liberè in multis impediri possunt, sed dispositiones in homine ad eas, & conjecturaliter quidem, non apodicticè, *t. 6. 16. 29.*

43 45. *Homo nec* secundùm rationem vivens, sic n. operatio immaterialis est, nec secundum sensum & appetitum à cœlo pendet. Tam variabilem n. & incertam vitam agit, ut qualis futurus sit, nullo modo prædici possit. E. de nullo ejus statu aliquid prædici potest. *R. Inclinationes* tamen certæ in homine temperamentum sequentes dantur, quas probabiliter status & vita sequi

 solet,

solet, & tales ex astris prædicuntur. Variatio ipsa hominis & instabilitas in vitâ ac moribus signis quibusdam à cœlo indicatur, sicq; adverti & prædici potest. Facta ipsa & eventa è cœlo necessariò non pendent, & sic nec taliter prædicuntur, *t. 6. 16. 46 Vel fatum cœli impediri ab homine potest*, & sic tota prædictio incerta ac vana est, vel non potest. & sic fata Chaldaica & Ægyptia inducuntur, quæ inania. *R. Impediri potest*, sed non ideo prædictio vana, nisi omnia conjecturalia uno impetu simùl evertere in *Medicis, Politicis, Adagialibus, Ethicis, Oeconomicis, Rusticis, Physiognomonicis*, & similib. velis. *t. 16. 29.* Non n. aliter nisi probabiliter totum negotium ex astris prædicitur. *47. Vel prospera & adversa prædicuntur certò*, & hic illa te fatigabunt exspectando, hæc cruciabunt timendo, miserq; fies prius ex animo, quàm ex fato, *Vel incertò*, & hic frustra gaudebis & timebis, aut in suspenso utriusq; haerebis. E. planè non genethliaca consulenda. *R. Nihil horum sequitur*, Sed in lœtioribus eò magis DEO gratias ages, & vitam moderatius compones, In tristioribus ardentiùs DEUM deprecaberis, constantiùs vitam deges, & prudentius omnia declinabis, *t. 34.* DEoq;, prudentia, & precibus confisus nihil horum incurret, omnia evadet, Nec sinistra cruciabunt, nec loeta suspensum tenebunt, Imò melius sinistra declinabit, si quid de illis præsciverit, *t. 30.* Semper a. dispositiones, non acta ipsa, & probabiliter, non immotè, prædici meminerit.

44. 48. *Omnis ars in illis versatur*, quæ semper aut ut plurimùm fiunt. Sed genethliaca prædicta circa ea, quæ ut plurimùm fallunt. E. non artis prædicta, nec ut talia curanda. *R. Minor falsa*. Non ut plurimum fallunt, si prudenter ac debitè formata & applicata, ac ab ingenio stochastico profecta sint, *t. 14. 15.* Et eo modo accipiantur, quo debent, ut probabilia & stochastica, *t. 16.* E in aliis scientiis plurima contingentia, *t. 29.* Nec ob id tota incerta aut contempta. Erronum a. imposturæ scientiæ ipsi non imputanda,

tandæ, *t. 7. 36. 49. Cum de honoribus prædicunt Astrologi, falli coguntur.* Ab electione enim multorum contingentium hæc dependent, Ut cum aliquis in regem, Papam, eligitur, quorum inclinationes etiam ex astris cognitas habere oporteret, si quid certi hic prædicendum. E. & in cœteris parum illis fidendum. *R. Inclinationes* & dispositiones ad honores hos aut illos prædicuntur, & hæ rarò fallunt, si cuncta accuratè observata sint, non illi vel isti honores determinatè, ad quos libera multorum suffragia ac electiones pertinent, quæ ex astris determinatè prævideri non possunt. Favor tamen & gratia alicujus apud omnes vel potiores etiam ex astris amicè conspirantibus probabiliter prædicitur. *50. Si ars divinatrix* vera, nobilissima pars Philosophiæ esset, At omnib⁹ temporibus à maximâ Philosophor. parte derisa, contempta, & confutata est. *R. Etiam pars Philos. est, t.* 11. Si à quibusdam derisa, particulare est, A multis etiam suscepta, exculta, & defensa est, *t. 13, 17.* Et licet pars Phil. non esset, non obid simpliciter reprobanda foret. Sic Philologica, Mechanica ingeniaria aliæq; disciplinæ non reprobantur, etiamsi Philos. partes non sint.

45. 51. *Saturnus per lumen* ut stella calefacit, & idem per influentiam, ut Astrologi dicunt, frigefacit. Sic uni astro, Corpori simplici & homogeneo, quale stella, duæ qualitates primæ, & oppositæ simul competunt, quod absurdum. Ita *Casman. d. 12. Schol. Phil. R. 1. In Genethliacis,* de quibus jam agitur, Saturno non præcipuè frigefaciendi vis tribuitur, sed alia, tetricitatem nempè, tarditatem, stupiditatem, crudelitatem, & similia in subjecto disponendi, Unde de frigidatione hic parum quæstionis erit. 2. Non est absurdum, in stellà duas contrarias secundum diversos respectus vires ad operationes in sublunaribus efficiendas esse. Calefacit per lumen, sed frigefacit per motus tarditatem & peculiarem dispositionem. Ita unus homo versatissimus *in Medicis & Theologicis,* & rudissimus in *Juridicis & Metaphysicis* esse potest.

Et uni stellæ vel orbi cœli, Corpori simplici, duos contrarios mo-
tus simul Aristotelei assignant, nihilq; absurdi se in eo committere
putant. *Ut d. ter. motu t. 13.* dixi. Cur Astrologi de duplici in sub-
lunaria virtualitate stellarum confusi starent? *52. Apud quosdam*
gentes nulli adulteri, homicidæ, fures, sunt, ut Seres, *ut Eusebius l.*
d. præp. Ecc. C. 8. tradit. At apud eos constellationes etiam ad ta-
lia scelera disponentes in cœlo oriri oportet. E. ex illis talia præ-
dici non possunt. *R. Antecedens valdè* dubium est. Si verum, astri
dispositiones tantùm ad talia & jndicia dant: non ipsa facta, quæ
sæpè impediuntur, *t. 16.* Et habitudo parentum ex lege jam a
talia non inclinantium multum in liberis etiam de inclinatione a
similia deterere potest. Sic in Ægypto rariores pluviæ, *Deut. 11.*
v. 10 Et tamen tibi constellationes ad pluvias disponentes etiam
oriri necessum est, sed quæ limositate terræ ventisq; in planitie
assiduè aut frequenter flantibus nubesq; pluviosas dispergentibus
alysuè causis infringuntur.

46. *53. Multa millia* astrorum sunt, quorum magna in inferi-
ra efficacia. Quomodo tàm varias virtutes satis dignoscere &
distingvere Astrologi valent, ut inde certas prædictiones exstru-
re possint? *R. Fixarum distantia* quia perpetuò eadem observatu,
etiam operationis ab illis non magna varietas annotata est. *Plane-*
tarũ distantia & aspectus quia subinde inter se & cum fixis variant,
etiam ex illis diversitates operationum observatæ, & sic prædicti-
ones diversæ formatæ sunt. Sic ad Planetarum ortus, occasus, pro-
gressus per tale & tale signum, aspectus cum talibus fixis, nota-
les vicissitudines tempestatum, complexionum, aliarumq; anima-
versæ sunt. Jnde eorum & fixarum ac signorum natura ac propri-
tas observata. Ita cum Saturnus in altioribus signis decurrit, &
ingens hyems animadversa est, operationem ejus frigidam esse c-
lectum. Cum *Jupiter & Mars* in humilibus, & hyems langui-
eos calefacere notatum est. Cum *Sol* cum Arcturo oritur & c-

cit

cidit,&pluviæ ac tempestates notatæ, Arcturi sidus tempestuosum esse, Cum *Mars*, *Venus*, *Luna*, pleiadib. junguntur, & pluvia notata, pleiades humidæ operationis esse collectum est, & sic consequenter. Sic Veteres Astrologi fixarum & Planetarum naturas adverterunt. Sic ex variis Planetarum aspectibus inter se & cum fixis observatum, notabiles mutationes sublunarium insecutas esse, ut magnas Conjunctiones superiorum Planetarum in trigonis igneis, aqueis, unde eos ad talia plerumq; disponere collectum est. Exempla passim ap. Astrologos prostant. Hinc diversitates operationum notatæ per observationes continuatas collectæ, tandemq; & ad hominum themata ex astris applicata. *Pythagorei ad* numeros in astra vel ut fundamenta hic decurrerunt, quæ explicantem *vid. Macrobium L. I. Somn. Scip. C. 19. 54. Bellorum* scientia ex astris propemodum nulla, ait *Cardan. seg. 4. aph. 120.* Magnus alioquin Astrologiæ patronus. Quis de coeteris aliquid confidat? *R. Nempe* quod specialia regionum & particularia actionum, passionum, aut victoriarum ac eventuū in bellis attinet, *specialiter & immotè* ex astris nil perspicitur, sed inclinationes & dispositiones hominum ad bella tantùm, ubi aspectus aut constellationes choleras irritantes & aggravantes sunt, Et hactenùs hic aliquid confici potest: sed ad specialia bellorum longè plura requiruntur, quæ in multis consilia & actiones hominum à libertate arbitrij pendentes spectant, quæ ex astris non expectanda, nec à Christiano ex illis deduci præsummuntur. Et victorias à DEO esse Scriptura dicit, *Prov. 21. v. 31. 2. Macc. 15. v. 21.* Possunt aspectus stellarum habitudines ad bella notare: Sed cui parti victoria accessura sit, inde specialiter & exactè non patet.

47. *55. Divisio 12. domuum Cæli* in Zodiaco incerta & nullo fundamento nixa est, Imò ens rationis tantùm est, in Cœlo nihil reale hic est, nec domus, nec circulus. Similiter divisio earum secundùm qualitates & complexiones, ut igneam, terream, aëriam, &

am, & aqueam, incerta eſt, & nec analogias ſufficientes, nec ra-
tiones habet. At illis tota Aſtrologia ſuperſtructa eſt. E. & hæc in-
certa. *R. Diviſio illa* melioris doctrinæ, ordinis, & diſtinctionis gra-
tiâ eſt inſtituta, ut aſtra Zodiaci aliaq; in ortibus ac conſtellationi-
bus & diſpoſitionibus cum Planetis ſimilibusq; congresſibus or-
dinatiùs diſponi, in tabulâ manifeſtiùs adumbrari, conſiderari, &
ſpectari, an ſtella infra aut ſupra horizontem, an in horizonte, me-
dio cœli, aut alio loco ſita ſit, & ad aliquid advertendum meliùs
repræſentari posſint, *qui ſitus aſtrorum non ens rationis, ſed realis ha-
bitudo ex motibus aſtrorum illis competens eſt*, & aliquid intellecti
ſignare poteſt. Diſtantia enim & poſitio in aſtris reale quid eſt,
& per notiones Aſtronomicas intellectui repræſentatur. Ac fun-
damentum *partìm* in primo principio, Intellectus meliùs juvari
diſtinctis, quàm confuſis, omnia numero, pondere, & menſura
ſunt repræſentanda, de quibus in *Intelligentia*, *Partìm* in complexi-
onum, elementorum, & ſublunarium ad ſuperiora analogiâ, par-
tìm in operationum diverſitate in trigonis illis à diverſis anima-
verſa, ut & operationibus Planetarum in talibus triplicitatib.
conjunctiones ſuas habentium diuturnis experientiis obſervatis,
annotatis, & firmatis, quæ in ſtellis etiam realia ſunt, non entia ra-
tionis, aliisq; habent, ac vetuſtâ authorum diſpoſitione nituntur,
de quibus *Aſtrologi*, *Schonerus*, *Pontanus*, *Keplerus*, *aliiq*, videantur.
Sed nec tota Aſtrologia iſtis diviſionib. nititur, verùm & certis o-
perationibus Planetarum ac fixarum quarundam diuturna expe-
rientiâ obſervatis, quæ locis quibusdam conjunctæ aut aliter in-
vicem irradiatæ, item culminantes & elevatæ aut depresſæ im-
presſionem aliquam in complexionem nati præſtare posſũt, Un-
de probabiliter aliquid adverti & prædici poteſt. *V. t. 46. Deinde*
& in Aſtronomiâ & Geographiâ multa entia rationis ſunt, ut Zo-
diacus, coluri, tropici, polares, meridian. ad diſtinctiorem cogi-
tionem ſervientia. Nec ob id ſcientiæ incertæ aut nugatoriæ ha-
bentur. Varietas enim Aſtrologorum in dividendis domibus e-
riti

ritati operationum & prædictionum adimere aliquid non potest, quæ potiùs ad faciliorem repræsentationem faciei cœli, & consequenter efficaciæ advertendæ, ac dexteriùs formandi prognostici manuducere debet, quàm efficaciam Cæli aut prognostici veritatem subvertendam. Sic varietas figurarum Syllogismi apud *Aristoteleos & Rameos veritati aut certitudini argumentationum nihil* deterit, *V. d. 10. Log.* Varietas de numero elementorum veritati Physicæ non adimit, *V. dec. 1. Misc. d. 3.* Cur varietas de quantitate Solis, Lunæ, Veneris, vel situ, apud Astronomos efficaciæ illarum stellarum in inferiora detrahat?

48. *56. Etiam divisio 12. signor.* Zodiaci in 7. Planetas nullo fundamento nititur, ut quòd caper & Aquarius Saturni, Arcitenens & pisces Jovis domus sint, ut si Planeta in suâ domo sit, 5. gradus fortitudinis habeat. *R. Undecunq;* orta sit divisio, de quo variatio apud Astrologos, *V. Ptolomeum l. 1. quadrip. Macrobiu. l. 1. som. Scip. C. 21. Firmicum L. 3. C. 5.* Antiquorum authoritas, vetusta observatio, & distinctior astrorum ad thema & prognosin repræsentatio, ac analogiarum in qualitatibus quâ planetas & signa ad distributionem occasio esse potuerunt. *Notiones velut secundæ Astronomicæ* ad faciliùs Cœlum repræsentandum, indeq; intellectionem ac operationem juvandam hœc & similia sunt, quorum fundamenta non semper Natura in seipsâ suppeditat, sed distinctior nostra cognitio requirit. Et de ipsâ Zodiaci in 12. signa divisione sic quæram, quæ tamen omnibus Astronomis admittitur. *57. DEUS sæpè* prædictiones avertit vel precibus placatus, vel peccatis ad iram provocatus. E. incertæ. *R. E. non absolutæ* ac prætoria edicta sunt, sed probabilia prognostica, quorum eventus multis intercurrentibus impediri possunt, *t. 6. 16. 29. 34. Et alibi. 58. Parum* de mutationibus imperiorum, provinciarum, urbium, bellorum eventis, ex astris certi prædici potest, ut exempla prognosticantium his temporibus, ut *Nagelii, Plaustrarii*, & aliorum docuerunt. E. in cœteris parum illis fidendum. *R. Nempè quia* multa conjectu-

ralia hic, non abſoluta & immota, ut *c. l.* dictum. Et quædam
etiam de Imperiis prædicta, inprimis ubi magnæ conjunctiones
ſuperiorum Planetarum in trigonis igneis & ſimilibus ſimul con-
currerunt, quibus eventus reſponderunt, *t.* 34. 35. Sic Mahometis
II. Turcæ thema progreſus & mutationes indicavit, *t.* 15. *Et Leovi-
tius* de Bohemiâ ad mutationes anſam daturâ prædixit, *c. l.* Sis
annotatum, in revolutiones triplicitatum & magnas conjunctio-
nes, magnas mutationes inſecutas eſſe, ait *Cl. Crügerus progn. an.*
1625. C. 4. Et exempla docent, quæ paſſim ab eo recenſentur. Ac
Idem ex aſpectibus an. *29. in progn. C. 5.* prædicit, multum eos Mar-
tialia ingenia & negotia promoturos, graveſq; tumultus excitatu-
ros, In quo non falſus fuit, Ut *an.* 30. 31. *ſeq.* de irruptionibus Sue-
corum, Gallorum, in Imp. Roman. teſtantur. Tycho Brahe *in L.
de nov. Stell. an* 72. vigorem ejus in 7. ſeptenarium maximè ef-
fundendum, *an. 1623. ſeq.* Indeq; validas rerum everſiones instare
prædixit, quod noſtra tempora verum fuiſſe atteſtantur. Alia e-
xempla alibi proſtant. Sed nec ſequitur, ſi de publicis ex aſtris
non ſatis prædicitur, nec de privatis & uno homine ex themate
non prædici poſſe. Ibi enim multa ſubjecta, objecta, circumſtan-
tiæ ſparſæ, hic unicum in themate concurrunt, ſicq; fortiùs ali-
quid movere, & ad præſagiendum afferre poſſunt, quod comple-
xiones, inclinationes, diſpoſitiones, concernit. De bellis *t.* 46 di-
ctum.

49. 59. Nondum inter Aſtronomos de quantitate aſtrorum, So-
lis, Lunæ, & aliorum, item de ordine & ſitu orbium aut ſtellarum
vel ſyſtematis Mundani, vel motu Cœli aut terræ, ex cujus voluti-
one primum mobile ſumendum ſit, convenire poteſt. Quis de
indiciis ex aſtris ſumptis illis credere velit? *R. Non ſequitur.* Nihil
iſta varietas influxui aſtrorum aut prædictionibus ex eo deſumptis
tis detrahit. *t.* 47. Perinde ac ad illuminationem Corporis nihil
facit, ſive lychnus Corpori, ſive Corpus lychno circumvolvatur,
ſive utrumq; quieſcat, dum Corpus illuminetur. Certa eſt aſtro-
...m

rum efficacia, sive magna, sive parva astra sint, sive hujus, sive alterius quantitatis, notabilior tamen Solis & Lunæ, quia quà apparentiam maxima videntur: sive magno sive parvo Orbe volvantur, quivis orbis 360. gradibus absolvitur: Et efficacia astrorum observatione operationum nititur, non hypothesibus de Mundo, quantitate, situ Orbium aut stellarum. *60. Themata* ex tabulis motuum calculantur. Sed istæ tabulæ 3. 4. 5 gradibus interdùm veteribus & Recentioribus divertunt. Hic ingens positionis & operationis diversitas intercurrat, ut prædictionem suspectam & incertissimam esse oporteat. *R. Ideò* accuratissimis tabulis hic nitendum, ut *Rudolphinis, Tychonicis*, vel *Landsbergianis*, si examen earum præstat, quod promittunt, *Kepleri Ephemeridibus*, & similibus: *vel proprius calculus* motuum ad formam Alphonsinam aut Tychonicam accuratè ex Astronomicis fundamentis vel auxilio trigonometriæ Logarithmicæ, ut significatores ad promissores dirigantur, ut Neoterici quidam, & inprimis *Cl. Placentinus, Mathematicus Viadrinus*, ingeniosè conantur, Cujus *in præfat.* mentio fuit, accurato Genethliaco elaborandus, & thema ipsum diligentissimè corrigendum, ut Nativitatis hora vel semihorium quàm fieri potest, justissimè constituatur, quò accuratior prognosis in directionibus & aspectib⁹ partilibus super veris motibus planetarum construi possit. Oscitantia prædicentium ad abusus subjectorum pertinet, ipsi arti ejusvè veritati detrahere non debet, *t. 16.*

50. 61. *Quartâ Lunâ natum* Astrologi infelicem proclamant, ut proverbium habet. Hoc nullum fundamentum in re habet. Quare & cœtera prognostica suspecta. *R. Hoc proverbium Philologorum* propriè est, apud quos decantatum, non Astrologorum præcisè, de cujus fundamentis isti viderint. Ego Physicas rationes apud Eos nondùm reperire potui. Herculem tali Lunâ natum sunt, quem ærumosis laboribus vitam exegisse Græci finxerunt. An id verum, ipsi similiter viderint. Certa de eo historia non ex-

tat. Et licet esset, ab unius exemplo ad omnes malè conclusum fuisset. Nec una hirundo in his ver faciet. *62. Planè per accidens ab* aspectibus aut positionibus astrorum ad negotia concluditur. Ut si à Judæo deceptus sis, & eo die conjunctio Lun: & Saturn. exciterit, ac deceptionem conjunctioni adscribas. Vel alius jubilet & alius scalis decidat. E. nihil hic fidendum. *A. Quà dispositiones*, complexiones, Inclinationes, non simpliciter per accidens concluduntur, Ut, Constellatio Martialis, Jovialis, Solaris, jam est. E. natus sub eâ talis inclinationis futurus est. *Quà acta ac gesta*, impedimenta intercurrunt, & hic nonnisi conjecturaliter proceditur. *Deinde* si sic inferas, Ille jubilum tulit, & alter inde terrefactus scalis decidit, non prorsùs per accidens concludes. Jubilus enim ex parte causa terroris fuit, qui si non fuisset, ille scalis non decidisset. Et id ita frequentiùs contingere solet, ut jubilus ad minimum causa adjuvans & commovens censeri debeat. Causa enim casus extitit, terroris, qui terror causa lapsus fuit, Et sic etiam causa casus fatj esse potuit. Ita hic, Talis conjunctio Planetarum extitit & eam grave bellum secutum est. Illo anno iterùm ita, & similiter in aliis. E. talem constitutionem omninò ad bella disponere oportet, & consequenter de bellis aliquid ex eâ conjectare non omninò vanum erit. Sic legitimè inferes, & tali modo in Astrologico negotio se res habet. *Deniq;* non viliora, ut commercium cum Judæo, sed graviora sub prognostica Astrologica mittenda sunt, *t. 7.* Negotiatio actus est. Sed ex astris dispositiones & inclinationes prævidentur, non actiones, *t. 38.*

53. *63. Si stellæ influxu suo* aliquid in sublunaria efficiunt, etiam fixæ firmamenti efficient. At illas efficere negat *Geminus* vetustus & celebris Astrologus, *C. d. signif. astror. Ergò. R. Sed ni... & contra* experientiam negat. quæ ortum Arcturi, Caniculæ, Orionis, plejadum, in tempestatibus aliqua efficere ostendit, *t. 16.* Et ab alis Astrologis communiter contrarium sentitur, & Geminus cum rationibus suis refutatur, ut in Astrolog. docetur. 64. Si

Astrolo-

Astrologia vera esset, maximo in honore ap. Principes & Magnates esset, libenter enim fututa præscire cupiunt. At potiùs eam abominantur, & professores ejus expellunt. *R. Antecedens nullam* necessariam consequentiam habet. Sæpè Magnates verissima, certissima, & ipsos DEI Prophetas oderunt ac persequuntur, ut impii Reges Judaici in V. T. & Cæsares Ethnici Christianos in N. T. Nec propterea eos falsos aut abominandos fuisse sequitur. *Minor* particularis tantùm est, à multis magnatibus etiam sapientia illa magni habita, & Professores in cultu fuerunt, *t.* 14. 15. Sæpè Romà pulsi, ut tamen perpetuò retenti, *t.* 2. Nec quid fiat, sed quid jure fieri debeat, hic respiciendum, *t.* 7. Multa agyrtas, errones, magos, aruspices concernunt, qui cum nostro negotio nihil commercii habent, 65. *Fundamenta hujus artis* nulla aut incerta sunt, ut astra qualitates elementorum virtute continere, occultas eorum influentias esse, quo omnium abstrusorum causæ facile reddi poterunt, Nativitatis horam observandam, Cum potiùs conceptionis notanda esset, si liquere posset. E. ipsa ars vana. *R. Antecedens* falsum est, nec illa, sed longè alia hic fundamenta sunt, *t.* 46. Et hora Nativitatis ad horam conceptionis convenienter per correctionem thematis reduci, & analogia utriusq; institui potest, quanquam Nativitatis ut primus auræ haustus jn homine in impressione astrorum inprimis observari debeat, *t.* 20. In Conceptione enim influxus Cœli parum operatur, nisi in matrem fortè. *At in Nativitatibus omni parte ab aëre circumvenitur infans, qui a Cœlo imprægnatus, ejus virib. imbutus, infinitis atomis perspersus, & vehiculum influxus Cœlestis est,* qui immediatè tenerũ infantis Corpus immeant ac profũdè se ei implantant, ut anhelitu & micantium arteriarũ hiatũ aërem infans velut sorbens, simùl qualitates à stellis profectas hauriat, eas per totum corpus diffundat, humoribus & spiritibus permisceat, præcipuorum membrorum constitutioni illinat ac imprimat, *ita ut crasin á parentibus in utero acceptam insigniter mutet aut afficiat,*

compages Corporis vi cœlesti ut causâ universali formetur & alimetur, ut à sequentibus influxibus non facilè atomi eradicentur, qui si aëri cognati unit se illis, & temperaturam inde firmiorem, si adversi, resistit illis prima in nato impressio, & vacillantem eam reddit. Itaq; continuatio *influxus Cœlestis magis à puncto nativitatis, quàm conceptionis deducenda*, eoq; illud in themate huic præferendum est.

52. 66. *Naturalia rei signa* vel causæ vel effecta sunt, vel utraq; ab eadem superiore & communi causâ proficiscuntur. Sed astra nihil horum in actionibus hominum sunt. *Non causæ*, hæ enim homo ejusq; anima & voluntas sunt. *Non effecta*, ut conceditur. *Nec utraq;* à communi causâ, DEO, sic enim DEUS maximorum scelerum in homine Causa foret. E. nec signa. *R. Astra causæ dispositionum* & temperamentorum in homine sunt, sed universales & remotæ, ut proximas operationum alias esse oporteat, per quas inclinationes remotarum variè impediri queant, ne in ipsas operationes perpetuò erumpant, *t. 6. 16. 29. & alibi.* Nec DEUS aut astra propriè scelerum per id causæ evadunt, *t. 32.* 67. *Qui astra* Causas actionum faciunt, fati necessitatem inducere coguntur. *R. Negatur hoc.* Manet homo liber, & libera actionum suarum Causa, etsi inclinationes ab astris sint, non enim actiones semper illas sequi coguntur, sed quandoq; divertere possunt, *t. 42.* 68. *Astra certo numero determinata sunt*, & immutabiliter ita se habent. Non ergò inferiorum signa esse possunt, quæ infinitâ varietate aguntur, & quotidiè mutantur. *R. Nec* præcisè ipsorum actorum, quæ infinitè variant, sed inclinationum, dispositionum, & complexionum indicia sunt, quibus actiones plerumq; se conformare solent, & quæ certis generibus comprehendere licet. *V. t. 37. 38.*

53. 69. *Cursus siderum* velocissimus est, ut momentis mutetur. Quomodo situs eorum observabitur ad hominis nativitatem, ut de statu ejus futura inde prædici queant? *R. Planetarum*

cursus non ita velox est, unde maximum hic momentum. *t. 41. 46.* Et si hyptohesis de terræ motu quotidiano recipiatur, quam nos omninò admittimus, & *Tract. d. terr. motu quot.* confirmavimus, non etiam ita rapidus fixarum ac firmamenti motus est, ut non ad tempus nati applicari, indeq; prognosticon aliquod de dispositione ejus formari queat. *Nec ex solo motu, Sed & aspectibus ac influxibus tantorum Corporum in inferiora* prognosis genethliaca deducitur. 70. *Nec horæ* Natorum semper solicitè observantur, & sæpè morbi, symptomata, aliaq; in gravidis occurrentia totam illam curam removent. Unde non certò de momentis nativitatis constat, & sic certitudo prædictionis omninò obteritur. *R. A Parentibus alicujus status &* judicii tempora illa solicitè observari & annotari solent, quibus ipsis liberi in lucem eduntur, quicquid de fece vulgi fit, quæ hoc susq; deq; habet. Nec impedimenta tanti sunt, ut non hanc curam patrib. relinquere possint. *Neq;* momentorum hic rationem postulare solemus, sed horarum, semihoriorum, aut quadrantum in horis observationem ad prognosticandum sufficientem habemus, quam advertere, si velimus, satis tandem possumus.

54. 71. *Sæpe diu* Nativitas protrahitur, & modò manus eritur, iterumq; retrahitur, Corpus non subsequitur, quod post horam temporis sæpè fit, *V. Gen. 38. v. 28.* Ad quod astrorum collocatio hic erigenda erit? *R. Cum totum Corpus ex utero protrusum est, tùm stellarum positio observatur.* Cœtera non curantur. Et cum diu generatio protrahitur, id punctum observatur, quo homo extra uterum protrusus est, Cui horæ aut semihorio id incumbat? Quòd inaccuratio aliqua horæ aut horologii hic intercurrit, correctione thematis ad horas Astronomicas revocando totum illud de horarum ac horologiorum errore Astrologicè emendari potest, ut in accuratioribus thematum erectionibus fieri solet. 72. *Si quis à prædonibus* obtruncetur, ruinâ domus opprimatur, an astra illi manus prædonis portendent, & prædoni men-

mentem ac robur ad latrocinandũ inſerent, aut domum diſpo-
nent, ut ſui incolæ ſepultura evadat? *A. Omninò in talibus mors violenta portenditur*, ſi ſitus aſtrorum accuratè ad thema nativita-
tis exigatur. Latroni autem non aſtra, ſed corrupta à parentibus
generatio, pravum ſodalitium, ac animus ferus, crudelis, & im-
pudens mentem latrocinandi inſerunt, & talem in nato natura-
liter ineſſe ſitus aſtrorum Aſtrologo manifeſtat, ut & periculum
à domo ab iisdem portenditur, etiamſi ipſa ad corruendum ab
aſtris non ſolicitetur. 73. *Vis illa nato fata in themate diſponens an durat in Cœlo usq; ad tempus*, quo in acta erumpat, at ſic malè à
Nativitatis punctum coarctatur, quo poſitio talis aſtrorum ſu...
poſtea ſuccedente aliâ deſinit, Et in qua arcâ aut penu in Cœlo
interim recondetur ea? *Aut tranſit*, & ipſi nato inſeritur, ut li...
ta ac coaleſcens juſto tempore in ea erumpat, quæ aſtra porten-
derunt. At ſic ipſe homo cauſa omnium infortuniorum erit,
quod inſolens. E. nulla talis vis à Cœlo eſt. *A. Non durat in ipſo Cœlo*, ſed illâ poſitione Nativitatis vis aliqua à cœlo in Natum in-
fluit, & impreſſionem in eum facit, quâ diſpoſitiones, inclinati-
ones, ac habitudines in ipſo conciliantur, quibus poſtea varia
acta ac fata probabiliter ſuccedere poſſunt, ni impediantur, &
quæ à poſiturâ Cœli nato portenduntur ac ſignificantur, & per
totam nati vitam ab aſtris ſub tali conſtellatione poſitis pro-
moventur eumq; comitantur, velut alia ab alio aſtrorum poſitu
promuntur, quæ ſuo tempore mitia aut aſpera eventa in ho-
minem conferant, ſi non prohibeantur aut immutentur. Nec
hinc homo ſui infortunii cauſa, cujus ſubjectum recipiens eſt,
ſed cœlum mitiore aut aſperiore in ortu ejus ſitu, aſpectu, ac
influxu partim quà inclinationes Cauſa univerſalis & remota,
partim indicium & ſignum eſt, ſi prudenter ab Aſtrologo obſer-
vetur & applicetur, quid homini probabiliter eventurum ſit? a
nec fata neceſſaria, nec caſus fortuiti aut temerarii hic præciſe
agnoſcendi, *t. 7.*

55. 74. *Tempestatum prædictio* sæpè erronea est, quæ magis à Cœlo incitari possunt. Magis fortunarum in homine præsagia sæpiùs falsa præsumenda sunt. *R. Nempè* non edicta prætoria in utroq; genere hic sunt, sed probabilia prognostica, quæ sæpiùs respondent, sæpiùs impediuntur, *t. 16.* Si inde fides toti prædictioni abroganda, pari ratione omnia Medicorum, Philosophorũ, prognostica & adagia abroganda, *t. 29.* Quod nemo prudens facere sustinet. 75. *Ridiculum est*, quod Astrologi dicunt, si felix ad infelicem propinquet, unum de alterius qualitate participem fieri pro vi figuræ ex astris prædominium obtinentis, perinde acsi dicerem, seruum apud herum, ægrum ap. Medicum alias qualitates nancisci posse. Tales Cœlorum qualitates in inferioribus non reperiuntur. At Astrologica plena talium esse solent. R. *Non ita absurdum est*, occulta rerum quandoq; effluvia ac contagia esse. Sic magnes ad ferrum, aliæ herbæ occultas cognationes ad alias herbas habent, Contagium in peste de facto sano affricatur, grex totus in agris unius scabie perit & porrigine porci, *Juvenal, Sat, 2.* Fiducia in Medicum sæpè ægrum relevat, agricola unus in plantando, serendo, agrum parando, sæpè majorem felicitatem præ alio habet, Ita quidam ad occultos mineralium meatus per virgulam divinam inclinant, ut facilè eos investigent, quos alij non reperient, Unus miles longè meliorem in pugnando felicitatem præ alio habet, Unus Mercator præ alio in negotiando, Unus Medicus præ alio in Medicando, In quibusdam terris metalla longè feliciùs ex occultâ Cœli cooperatione proveniunt, ac alijs, & plena est rerum Natura talibus experientijs. *Deinde* alterum alterius qualitatis participem fieri ad Astrologiam nostrã non pertinet, quæ ex astris fata hominis tractare solet, non quæ ex affrictu cum alio participare queat, de quo ipsa non curat, sive illud in re ita se habeat, s. minus.

56. 76. *Magna vanitas est*, urbibus, arcibus, castris, pagis, themata erigere, indeq; de duratione, diuturnitate loci, felicitate ut statu incolarum præsagia capere. Cur enim non pari modo

lateri, cemento, lignis, è quibus locus conſtruitur, thema erig
Ut Cicero rectè intulit. At hoc communiter in genethliacis ſi
R. *Vel hæc & Similia ad* abuſus artis & vitia ſubjectorum pertinet,
quæ ipſi arti imputari non debent, *t. 7.* Et fieri non debeant, ſ
omitti, Cum ædes & urbes ſucceſſiuè multis interdum annis d-
mùm abſolvantur, non unâ vice perficiantur, ut homo uno in-
petu in lucem protruditur: *Vel* ſi quid hic conjecturæ capiend
ſit, ex primo ad Urbem aut domum motu è poſiturâ Cœli tu
temporis aliquid hauriri poſſit, quali horoſcopo ſtructura p-
mordium ceperit? Veluti Academijs, Collegijs, Monaſterijs fu-
datis ac exſtructis thema interdum erigitur, & de futuris conj-
cturœ capiuntur. Sic *Miſocacus* in prognoſt. an. 1572. propugn-
culo Gedanenſi ad Carri portam tùm ſtrui cepto thema erexit,
vix 4. annis abſolutum iri deprehendit, quod & facto contig.
Ut *CL. Cruger. progn. an. 1618. C. 3.* refert. De felicitate autem
ſtatu incolarum loci ex primâ ſtructurâ ejus judicare non dat,
Cum longo poſt tempore multi interdùm accedant, & diverſiſ-
mis temporibus, locis, horoſcopis, illi nati ſint. Politia & civi
non à lapidibus & lignis pendet, velut & ſtructuræ ac ædes deſtr
poſſunt, ut Politia & Corpus Reipub. maneat. *Dices: Interdi*
hominibus in aliquâ domo nihil ſuccedit, omnia adverſa ſunt, & ſi d-
mum mutent, aliam fortunâ ſentiunt. E. in domo infelici ſi-
re ſtructâ hic cauſa eſt. *R. Negatur Conſeq.* Aliæ hic cauſæ e
poſſunt, *revolutiones quædam periculoſæ ipſis incolarum themati*
eo tempore incumbentes, devotionis & precum omiſſio, rei dome-
ſtcæ negligentior adminiſtratio, pravorum halituum è fundo d-
mus evaporatio, Magicorum quædam incantamenta aut vene-
cia domui immiſſa, & alia. Calci autem & lignis thema non e-
gitur, quia totis id fit, non totorum partibus. 77. *Si homini* the
erigitur, Cur non & Capiti, manibus, pedibus? Illa enim int-
dum priùs foràs prodeunt, quàm totum, *Gen. 38. v. 28.* R. *Q*
totis, non totorum partibus id fieri ſolet, ut homini, puero, pu-
læ, non digitis, brachijs. Partes enim ſub totis comprehendunt

& at-

& actiones ac passiones, qualis & thema erectum accipere, suppositis ac totis tribui soleat, non partibus. Homo loquitur, ambulat, edit, ridet, colitur, adoratur, fustigatur, non caput, pedes, digiti. 78. *Paulatim ad Atheismum occasio ex prædictionibus Astrolog.* sternitur, Nam si omnia aut pleraq; homini contingentia astris adscribenda, paulatim animus à DEO avertitur, & omnia fatali necessitati ab astris pendenti imputantur. Unde religio convellitur, nullum numen tandem agnoscitur, aut planè otiosum creditur. Quæ omnia impia sunt. *R. Nihil horum ex rectâ sententiâ de astrorum vi & prognosticis* inde captis sequitur. Nullum fatum & necessitas ex astris est, sed Conjectura & probabilitas, *t. 6. 16.* Non astra vires ad eventa habent, sed dispositiones ac inclinationes tantùm, ad quas contingenter eventa sequuntur, ut variè impediri possint, *t. 29.* Ac remotæ & universales Causæ sunt, non propinquæ ac particulares, quibus effecta propriè tribui solent. Sic hic aut ille homo fornicatur, Philosophatur, ut Simson, Clodius, Socrates, non tritavus ejus aut abavus, *t. 32.* Ut hæc ratio à *Crellio Phot.* allata nil nisi calumnia & inscitia fit. 29. *Apud Muthesium in C. 9. Rom. v. 12. &* hanc objectionem ex *Augustino* reperi, *Antequam natus aliquis, DEVS hunc odisse, alium dilexisse dicitur,* ut Jacobum & Esavum, *Rom. 9.* E. vanè ex astrorum constitutione futura eventa excuduntur. R. *Nempè ea,* quæ DEI amorem aut odium in hominem spectant, quæ non ex astris, sed ante acta Mundi fundamenta jam in DEO, & ab ejus decreto pendent, ac longè superius Cælum, quàm astrale requirunt, *t. 6.* Sed, E. nec ea, quæ futuram crasin, inclinationem, dispositioné nati, Consequenter mores, habitudines, facta & eventa *probabiliter inde secutura* spectant, ex astrorum positu in nato observanda, ut conjecturaliter deducenda sunt, *non sequitur. Perinde ac si dicas;* DEUS ab æterno illam terram odit, quam sterilem fecit, alteram dilexit, quam fructuosam reddidit. E. non licet super illis conjecturas de tempestatibus futuris ex astris capere. Non sequitur. *Utrumq; simul tanquam diversi ordinis,* consistere potest.

57. Sic *argumenta ex ratione* contra Astrologiã deprom[pta] fuerint. Sequuntur, quæ *ab authoritate* ducuntur. Quæ ex *Eccle[sia]sticâ & Politicâ* sumi solent. *Ex Ecclesiasticâ* arguitur, 80. *Eccl[esia] perpetuò* artes divinatorias damnavit. Ut 1. *Concil. Ancyranum C.* 23. 24. Qui divinationes expetunt, & morem gentilium sequu[n]tur, sub pœna qninquennij jaceant. Ut *Caus. 26. q. 5. in Jur. Can[on].* adducitur. *R. Nempe* qui gentilium morem in divinationibus [ex] astris sequuntur eumq; exercent, qui fatales necessitates inde [tra]debant, varias ac insulsas superstitiones adhibebant, Magica [me]dia simùl usurpabant, hydro, pyro, Necro, geo, aëromantias & similes, quas ex *Augustino L. d. nat. dæmon.* deducit *Jus Canon,* [l.] *q. 3. C. 1.* Et similiter procedebant. Quod jure ab Ecclesiâ pe[rpe]tuò damnatum esse certum est, & ab Astrologia Christianâ [pro]cul esse debet, Nec à nobis approbatur. 2. *Jus Canonicum* simil[it]er eas reprobat, *c. l. q. 2, C. 6.* Ubi expressè genethliaci prohiben[tur,] qui etsi veram stellarum positionem in nato consectentur, tan[tùm] quòd inde actiones & eventa nostra prædicere conentur, ni[mis] errare dicuntur. *R. Nempè* qui talia ut certa ac fata Astrolo[gi]ca prædicunt, meritò reprobantur, Cum inclinationes tantùm p[ræ]dicantur, Cœtera tantùm conjecturaliter annotentur, *t. 6.* 3. *Martinus Papa c. l. 4. 5. C. 3.* Non liceat Christianis colere vel ob[ser]vare stellarum cursus aut inanem signorũ fallaciam pro dom[o fa]ciendâ, &c. *R. Illi reprobantur,* qui necessitatem superioribus in[esse] credunt, Unde non dicendum, quòd superiora sint Causa[re]rum, licet sint signa rerum, ut Glossa adiecta verbis illis ap[tè] docet. 4. *Patres* similiter prædictiones ex astris apertè damn[ant.] *Ut Augustini, Hieronymi, Ambrosij, Basilij dicta c. l.* & alibi alleg[an]tur, Et *Augustin.* planetarios consulere Christianam pietatem [re]pellere ac damnare ait *c. l. q. 2. C. 8. R. Patres* sunt lumina, [non] numina, Ut olim *dec. 2. Miss. d. 4.* respondi. Illis Patres hic [op]poni possunt, *t. 5.* Sæpè abusum, fata Chaldaica, & superst[itio]nes divinationum ex astris damnant, quæ cum nostris Astrol[ogi]cis nihil commercij habent. *August.* illud damnat, nempè [qu]

ipse Manichæus adhuc Planetarios consuluit, ubi necessitates ac fata inde adstruebantur. Sic enim Manichæi fata Stoica induxerũt, & solem Lunamq; ut Deos coluerunt, ut *Pontanus C. 32. Cat. hær.* tradit. SæpèPatres cum illis agũt, qui etiam liberum hominis arbitrium stellarum influxibus subjiciunt, quod Nos illicitum habemus. Interdùm contra eos agunt, qui omnia etiam particularia se ex astris nosse ac prædicere posse præsumunt, quod etiam *Ptolomæus* improbat *L. 1. quadrip. C. 3* Et Nos legi divinæ contrariari fatemur. Interdùm gentilium mores ad Christianos transijsse improbant, quod & Nos improbamus, Ut in summâ rei de astrorum præsagijs nostræ sententiæ non contraveniant.

58. 81. *Ex Politicâ authoritate* objiciuntur *Leges Civiles*, quæ Astrologica in totum damnârunt. Ut *1. Cod. d. Malef. & Mathematicis, Tit. 18. C. 2.* Ars Mathematica damnabilis est & omninò interdicta. *Et C. 5.* Nemo aruspicem aut Mathematicum consulat. Sileat omnibus perpetuò divinandi curiositas. *R. Magici* divinatores ibi intelliguntur, quos Magos nominare solemus, partim quod aruspices, arioli, Magicis artibus usi nominentur, & elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitent, quæ omnia maleficorum propria intelliguntur. Horum divinationes earumq; omnes species illicitas esse fatemur. Sed ad Astrologicas prædictiones universas si id extendere cupias, etiam præsagia tempestatum ex astris capienda rejicias, quæ tamen leges Civiles communiter admittunt. *2. Cod. d. Episcopali audient. L. 1. Tit. 4. C. 10.* Mathematicos non Româ solùm, sed etiam omnibus Civitatibus depelli decernimus, si non Catholicæ religionis cultui idem tradere parati sint. *R. De Mathematicis Ethnicis* & à Christianâ fide alienis lex loquitur, qui Ethnicorum impietates & superstitiones tradere ac firmare soliti, quos non inter Christianos ferendos esse & ipsi consentimus. Sed ad Christianorum ex astris prædicta id non pertinet, quæ ab istis prorsùs diversa sunt, Ut ex supra dictis patuit, *t. 56. III. Authoritas Vlpiani ex Lib. 47. dig. tit. 30. l. 15. t. 13.* Si quis Astrologus, vel qui illicitam divinationem polli-

cetur, conſultus aliquem furem dixit, qui non erat, injuriaru cum eo agi non poteſt, ſed conſtitutiones eos tenent. R. *De pa talium lex tantum agit*, non determinat, in quantum liceant Aſtro-logica, vel non liceant. Et cum addit, *qui illicitas divinationes ſe-tur*, innuit, qualem Aſtrologum intelligat, Nempè qui illicitas di-vinat. ſectatur, & quem Mathematicum *Codex* appellat, ac cu maleficis conjungit, à quo noſtra Aſtrologica prorſùs dive ſunt, ut ante dictum.

59. *Deniq, 82. Authoritates variorum Philoſophorum* adduc-tur, qui *partìm* è ſuo Curſu Philoſophico Aſtrologica prorſù miſerint, Ut *Ariſtoteles*, qui ejus non meminit, Nec cauſas re ex aſtris arcesſit, & in Meteorologicis, ubi ventorum, tempe-tum, Cometarum, cauſas indagat, nuſquam ad aſtrorum in xus in inferiora delabitur, Imò qui plura contraria Aſtrologiæ bet, Ut futurorum Contingentium non eſſe determinatam v tatem, Quæ per accidens & raró fiant, ſcientiâ non compreh di, Caſum & fortunam in rebus fugere certam hominis inte gentiam, & quæ alia: *Partìm* repudiârunt, Ut *Socrates*, qui fu rorum notitiam DEO reſervatam dixit *ap. Euſebium L. 14. d. pr C. 4. Pythagoras, Democritus, Plato*, etiam apud Ægyptios pereg nati, Aſtrologiam diſcere neglexerunt, *Eudoxus, Panætius, Arc laus, Caſſander, Scylax, Ptolomeus, Porphyrius, alij* rejecerunt Aſt logiam, us *Cicero l. 2. d. divin.* docet, & de *Pythagorâ Theodoret Laërtius, & Plutarchus* tradunt, *Carneades, Bion, Epicurus*, con illam diſputârunt. *Diogenes* nullum ſapientius animal hom dixit, cum Philoſophi, Medici, ſed nihil ſtolidius, cum Aſtrol & divinantes ſpectantur, ut *Guicciardin. in hor. recre. p. 238.* addu *Picus Mirandulanus libris 12. contra Aſtrologos* validè eam confu vit. *Albumazar* figuras ad domos Cœli tantùm hominum inv ta eſſe confitetur *p. 2. Introduct. C. 1.* R. *Hæc omnia* authorita humanæ tantùm & particulares ſunt, quibus aliæ à Philoſoph & Poëtis Græcis, Latinis, & Hebræis opponi poſſunt, *t. 17.* Et n lum validum fundamentum præbent. A quorundam omiſſio

Aſt

Astrol. ad negandam rem non valet Conseq;. *Aristoteles* omnes disciplinas Mathematicas in suâ Philosophiâ omisit, Arithmeticam, Geometriam, Astronomiam, Staticam, Geographiam, Opticam, Musicam. Non ob id rejiciendæ, aut ex plenâ Philosophiæ repræsentatione omittendæ erunt. Astrologiæ apertè meminit 12. *Metaph. C.* 8. Et pluralitatem lationum ex peculiari Philosophiâ Mathematicarum scientiarũ, Astrologia, considerandam dicit. De astris aut eorum motibus, lumine, Naturâ, varia habet *L. 2. d. Cœl. C. 7. 8. 9.* 10. *Et. C.* 10. *t.* 57. Astrologiæ etiam meminit, & quomodo spatiis ad se invicem astra habeant, considerare tradit. Imò áerem ac flatus pro solis & Lunæ circuitu affici docet 4. *d. gen. anim. C.* 10. *ET L. 2. Metaph: C.* 4. 5. solem & cessare facere, & commovere flatus seu ventos in terrâ ait. Ac Alexandrum M. non solùm de motibus Corporum Cœlestium, sed & influxibus ac operationibus in inferiora ab ipso informatum *Plutarchus* tradit, qui & peculiari Libro ipsi consilium dederit, Ut nihil sine consilio Viri in astris peritissimi inciperet. Inter Cometarum autem Causas apertè & motus solis ac astrorum mentionem facit, quod non multi, nec sæpè Cometæ fiant, & magis extra tropicos, quàm intra, *L.* 1. *Meteor. C.* 7. Mathematicæ autem artes longè diligentiùs in scholis Platonicorũ & Pythagoricis excultæ fuerunt, Ut olim dixi *d. terr. motu, t.* 7. *Reliqui gentilium* Astrologica & aruspicum ac ariolorum commenta rejecerunt, & rectè, Quæ Nos ad nostra genethliaca convenire negamus. Quandoq; etiam reliquarum Mathemathicarum disciplinarum ignari fuerunt, aut in suis tractationibus eas omiserunt, ut *Musicæ, Staticæ, Opticæ, Architectonicæ*, quas ideò non è Philosophia reiiciendas censemus. *Pythagoras* Mathematicam Civili homini necessariam dixit, & 7. Planetas, qui inter Cœlum ac terram voluerentur, Dominos genituræ hominis fecit, ut *Censorinus* scribit Similiter in Ægypto ac Persiâ in astrorum doctrinâ, vi, proprietatibus & effectis ipsum informatum fuisse *Valerius M. scribit L. 8. C. 7. in extern.*

60. 83. *Ipse* Corypheus Astrologorũ *Ptolom. L.* 1. *apoteles.* apertè dicit, Astrologiam magis verisimilia captare, quàm quicquam pro vero decernere, Et *Halii Comm. in* 6. *Aphorism. Ptolomei* irridet, quod certi dies ad peculiaria negotia ex astris eligantur. R. *Ptolomei* dictũ verissimũ est, nec edicta prætoria hic exspectanda, *t.* 16. Si inde ars tota rejicienda, & tota Topica è Logicis eliminanda, quæ à verisimilibus arguere docet,

cet, quod Nemo facit, *t.* 29. *Halij* autem authoritas apertè contrarium
dicit, & ad experientiam provocat, *Comm. in 6. aphor. Ptolomei.* Et iste
scriptor ex illis est, qui ferè *ad excessum* in hac arte declinát, & ad super-
stitiosas nimis dierum temporumq; discretiones ac determinatione ex
astris delabuntur, Prout *Idem Haly Bentagel* circumcisionem hominis
expediri voluit, Cum Luna supra Venerem & Hesperum esset, prout
ex *p. 7. summ. C.* 33. patet. Quod quidé planè superstitiosum est. Ita *Haël*
superstitiosè in *Lib. de interrogationibus* ex Astrolabio consulto inquiri
& resciri posse tradit, an fur extraneus, an intraneus & indigena em
abstulerit, quod ex Astrolabio inquiri non debet. *Pico Mirandulano*
Bellantius & Michaël de S. Petra Dominicanus sufficienter responderunt,
& argumenta ac authoritates eius retuderunt. *Albumazar* id quidé con-
fitetur, quod & in seipso verum est, *t.* 47. Sed tamen stellarum in signis
& domibus congregatarum virtutes diuturnis experientiis observa-
tas reale quid, non nuda hominum inuenta esse certum est, prout *idem*
Albumaz c. l. C. 1. testatur, & res ipsa docet. Quæ cœteræ authoritates
sunt, oppositis authoritatibus diversum sentientibus retundi possint.

61. Ita & *de argumentis contra Astrologica* adductis visum. *Plura apud*
Authores hac vice reperire non licuit. Si quædam sint, ex hactenùs addu-
ctis solutionem habere posse sperandum est. Quòd si omninò alia re-
morari digna occurrerint, suis temporibus ut adducantur ac resolvan-
tur, curabitur.

Adjectanea.

Ad *t.* 3. adiicere possis, *C. Cornelius Hispalus* prætor peregrinus M.
Pompilio Lenate Cons. edicto Chaldeos intra decimum diem ex urbe
& Italiâ abire iussit, levibus & ineptis ingeniis fallaci siderum inter-
pretatione quæstuosam mendaciis suis caliginem iniicientes. *Valer. M.*
L. 1. *C.* 4.

Ad *t.* 6. adde, Vulgatum illud, *Astra inclinant, non necessitant, Helmon-*
tius Invertendum censet, & necessitare, non inclinare docet, ac dicto
Gen. 1. *v.* 14. *t.* 8. adducto repugnare ait. Et quædam prænunti are,
quæ ab illis dependent ac subsequuntur, posse largitur, *Tract. quod ast.*
necess. non inclin. n. 3. 4. *seq.* Ac exempla quædam prænuntiationũ addit,
n. 27. *seq.* sed quæ dæmonib. & Magis adscribit. Fermè aliàs ea negat, ut
t. 4. adductum. Argumenta, quib. Astrologicas prædictiones impugnat,
in his iam soluta sunt, ut *t.* 30. 31. 32. 40. 46. 47. 48. 53. 54. & aliis